

SEX. PROPERTII ELEGIARUM

LIBRI IV.

RECENSUIT

A. PALMER,

COLLEGII SACROSANCTAE ET INDIVIDUAE TRINITATIS IUXTA DUBLINUM SOCIUS.



LONDINII: G. BELL. DUBLINI: E. PONSONBY.

1880.

DUBLINI:
TYPIS ACADEMICIS
EXCUDEBANT PONSONBY ET MURPHY.

R. ELLISIO, M. A.,

OXONIENSI,

PARVA MEI MONUMENTA LABORIS

QUALIACUMQUE DEDICO.



CORRIGENDA IN PRAEFATIONE.

Pagina vii. linea 8, pro *quotiens*, lege *totiens*.
,, xxii. ,, 10, ,, 23. 40, lege 23. 39.
,, xxv. ,, 15, ,, *in sequenti*, lege *insequens*.
,, xxix. ,, 7, ,, 34. 62, lege 34. 61.
,, xxix. ,, 16, ,, 1. 20, lege 1. 22.
,, xxx. ,, 27, ,, *ad infernos* ed., lege fort. *ad infernos*.
,, xxxii. ,, 26, ,, 4. 5. 30, lege 4. 5. 29.
,, xxxiii. ,, 1, ,, *scriptoram*, lege *scripturam*.
,, xxxv. ,, 22, ,, F. T. Lendrumii, lege Guil. T. Lendrumii.
,, xxxviii. ,, 29, ,, *causa*, lege *causam*.
,, l. ,, 2, corrige *Adiectivum enim istud*.
,, lii. ,, 8, pro *uingendum*, lege *iungendum*.
,, lxiv. ,, 4, insere *nos*, ante *poeniteat*.
,, lxiv. ,, 12, pro 3. 11. 16, lege 3. 11. 17.
,, lxv. ,, 15, ,, *Baehrensio*, lege *Baehrensii*.
,, lxvi. ,, 3, ,, 2. 15. 22, lege 2. 19. 22.
,, lxvi. ,, 14, ,, *adiectivus*, lege *adiectivum*.

CORRIGENDA IN CARMINIBUS.

El. II. 32. 21, pro *iacturae*, lege *iactura*.
,, III. 9. 34, ,, *Macenatis*, lege *Maecenatis*.
,, III. 10. 32, ,, *pergamus*, lege *peragamus*.
,, III. 11. 63, ,, excidit *monimenta*, ante *lacuinis*.
,, III. 13. 21, ,, *vitrices*, lege *victrices*.
,, IV. 3. 42, pro *temporas*, lege *temporis*.
,, IV. 9. 10, ,, *Par*, lege *Per*.
,, IV. 9. 54, ,, *limine*, lege *limina*.
,, IV. 10. 13, ,, *Huuc*, lege *Hunc*.

---

1. 1. 3, *constanti—fastu* olim conieci, et nuperrime Paleius.
2. 29. 3, *minuti* scribendum, cf. ad 4. 11. 31.
4. 7. 74. *potuit* retinendum est. Parthenie potuit avara tibi esse, nec fuit.

PRAEFATIO.

In hac editione elegiarum Propertii codicem Neapolitanum ita secutus sum ut aliorum librorum subsidia in loco non spreverim. Nam licet omnes codices Propertiani ad unum et eundem archetypum respiciant, per plura tamen apographa ab eo descripta libros qui hodie extant ad nos devenisse credendum est. Neapolitanum vero codicem, qui principatum obtinet inter libros Propertianos, ipse contuli cum editione Hertzbergii anno 1878, Guelferbyti, ubi custoditur in bibliotheca ducali inter libros Gudianos N. 224. De aetate codicis ambigitur: Lachmannus saeculo xiii., Lucianus Muellerus saeculo xiv. vel xv. scriptum fuisse putabat. De indole et pretio codicis quo facilius iudicaret lector, litteris Italicis plerumque scripsi si quid in codice omissum esset, nisi per pravam orthographiam vel levi lapsu hoc accidisset. Quod ad orthographiam attinet Neapolitanum secutus sum ubicumque potui: exempli gratia in assimilandis praepositionibus cum codice mutabilis fui, scripto et *improbus* et *inprobus*, *collata* et *conlata*, et similibus. Per compendium praepositiones scriptas plerumque assimilavi. Cum codice servavi *haut*,

nequiquam, conexus, braca, rutundus, bucina, murra, temptare, obicere, inicere et similia: etiam *Grais, Bais.* Codex plerumque exhibet *querela, humerus, Iupiter, littus:* perraro *querella, umerus* (bis terve in quarto libro), *Iuppiter, litus:* has formas ubique edidi. *Harena* et *arena* leguntur, illud saepius. Contra librum scripsi *umor, quidquid, solacia, iucundus.* Plura de orthographia huius libri a L. Muellero discas praef. p. 15.

Praeter Neapolitanum duos tantum codices ipse contuli. GRONINGANUM inspexi quia Lachmannus tantum ei tribuit, quod puto non fecisset, si codicem ipse vidisset. Inter pessimos enim habendus est Groninganus, neque eius auctoritatem huius facio in recensendo Propertio. Contuli librum Groningae mense Septembri, 1878: cuius facti me fortasse poeniteret nisi commorationem in antiquo Batavorum oppido, urbanitatem bibliothecae praefecti, et suavia colloquia cum Aemilio Baehrensio de rebus Propertianis et Catullianis habita meminisse dulce esset.

Tertius addendus est duobus his codicibus liber Cuiacianus Scaligeri, liber singularis quem diu deperditum divina quadam fortuna usus ipse inveni inter libros amici mei Samuelis Alani anno 1874. Hunc codicem scriptum Perusiae anno 1467 a Pacifico Maximo monacho, poeta ipso illis temporibus non humili meo iure appellavi PERUSINUM. Collationem huius libri, qui me iudice suum locum tuebitur in domo Propertiana, in fine huius voluminis posui.

Divisionem carminum Propertii in quinque libros

a Lachmanno inceptam, nulla librorum auctoritate nec firmissimis argumentis nixam probare non possum. Immo si Neapolitanum hic sequeremur tres libri non quattuor nedum quinque statuendi erant. Nam primus liber non diremptus est a secundo in Neapolitano. Sed hoc, credo, casu accidit: nam ultimam lineam in pagina facit versus "Quaeritis unde mihi quotiens scribantur amores," nec licuit scribae spatium quo discerpit librum secundum a tertio, tertium a quarto, hic interponere.

Neapolitanum inter codices, Hertzbergium vero inter editores ducem elegi, et satis existimavi illos locos solos commemorare, ubi mea editio sive a Neapolitano codice sive ab editione Hertzbergii discedit, nisi ubi, ut supra dixi, in orthographia hoc accidit. Hoc praemoneo; H pro Hertzbergio, N pro Neapolitano, P pro Perusino, G pro Groningano, me posuisse.

LIBER PRIMUS.

1. 13. *psilli* N, corr. Perreius, fortasse vere. Sed vellem aliquid propius ad libros accedens quam illud *Hylaei* exogitassent docti. Nam non alias tam longe a vera scriptura recedit codex in nominibus propriis, licet in his plerumque aliquid peccet. Mihi in mentem venit *Ille et Phyllei*, collato illo "Maenalio iacuit pulsus tria tempora ramo," 4. 9. 15. Phyllos Arcadiae regio fuit. Cf. Stat. Theb. 4. 45. Qualecumque hoc praeoccupavit Hertz.

1. 22. *mea* N.

1. 24. *cythalinis* N ma. pr., *cythainis* m. s. *Cy-*

taines H e sua coni. *Cytaeaeis* Guietus. *Cytaei tuis* Scaliger.

1. 25. *Et* N, *Aut* H. 2. 7. *tua est* N.

2. 9. *summittat* N, *summittit* H. Expectaveris *neglecta* pro *formosa: dumosa* coni. Baehrensius, Misc. Crit. p. 71. ? *muscosa* ed.

2. 13. *persuadent* N, quod retineo neque aptius sententiae verbum reperire poetam potuisse puto. *praelucent* H. *collucent* Groninganus, interpolationum prodigus.

3. 16. *et arma* codices; *rara* ed.

3. 27. *duxit* N, *duxti* H, moris Propertiani oblitus, cum libris plurimis. 3. 31. *praecurrens* N.

3. 36. Ita N, H. Perusinus habet *rettulit* unde Scaliger *reppulit* coniecit, quod fortasse verum est, *heu* pro *e* posito.

3. 39. *perducas* H cum codd. *producas* ed. Gryphiana.

4. 8. *sinat* N, *sinet* H codd. plurimi.

4. 14. *dicere* N, *ducere* Dousa pater. *nocte* pro *veste* reponendum videtur.

4. 26. *deus* codices. *dies* malim.

5. 8. *solet* N, H. *sciet* P. *volet* ed.

5. 9. *ruis* in *tuis* mutatum N: *nostris* N. *tuis votis* vulgo: recte. *fortunis vestris* Baehrensius Misc. Crit. p. 73.

6. 10. *irato* N, H. *ingrato* Broukhusius.

6. 19. *meritis* malim.

6. 20. *refer sociis* N, H. *referre sonis* codices aliquot. Hinc N. Heinsius coniecit *referre foris* quod receperunt Broukhusius et Burmannus. Vide

R. Atkinsonium nostrum in Hermathena, vol. i. p. 282 *seqq.* Ille confert 3. 9. 232. 24: Cum tibi Romano dominas in honore SECURES et liceat medio ponere iura FORO. *focis* fortasse paullo melius erit. *referre socis*, Postgatus.

6. 34. *par eris imperio*, H. A. I. Munro.

7. 16. *Quod nollim nostros euiolasse deos* N. *Quod nolim nostros evoluisse deos* H, vulgo, L. Muellero repugnante, qui edidit *Quo nolim nostros te violasse deos*. Sed hoc Propertius non nollet. Scribit enim de Lynceo 2. 34. 26, Solum te nostros *laetor* adire deos. Scripsi *Quam nolles*. In libris nostris non raro confusa sunt *quam*, *quod*, cet. Tum si quis hoc volumen perlustrabit videbit *e* et *i* saepius locum inter se mutare: denique *s* finalem paene eandem formam atque *m* sumpsisse omnes norunt. Tum *heu violasse* pro *euiolasse* paene nulla mutatio est. Conieceram etiam: Quod nolim, nostros heu violasse deos (*flebis* scil. ex. 18 subaudito).

8. 7. *fulcire ruinas* N, H. *sulcare pruinas* edd. vett. fortasse *nunc ire pruinas*, Graecorum more, ut illud Xenophontis, ἰέναι τὴν ὀρεινήν; vel *posita nunc ire pruina* cf. 2. 30. 19: Num iam, dure, paras Phrygias *nunc ire* per undas?

8. 13. ita N. H cum Heinsio *tali sub sidere* quod nullum sensum praebet.

8. 15. *patiatur* N, *patietur* H.

8. 19. *felici praevecta* codices, *praevectam felice* Guietus, H. A. I. Munro.

8. 22. *verba* codices. *vera* Passeratius, verissime. *Verba* pro *vera* saepe exhibent codices nostri, ut

1. 13. 17. Cf. 3. 6, 35: Quae tibi si *veris* animis est questa puella. Catullus, 66. 18: Non, ita me divi, *vera gemunt*, iuerint.

8. 25. *atraciis* N, *Autaricis* H, alii. Lectio hoc et sequenti versu incerta est. Scripsi *Artaciis*. Vide Apoll. Rhod. Arg. 1. 954 seqq.: καλὸς δὲ λιμὴν ὑπέδεκτο θέουσαν . . . κρήνῃ ὑπ' Ἀρτακίῃ. Cf. Arg. Orph. 496.

8. 26. *hileis* N, *Hylleis* Muretus, alii. Cf. Apoll. Rhod. Arg. 4. 523.

8. 27. *erat* N, *erit* H, cett. Recte *erat*: "she was here *all the while* and here she remains."

8. 45. *subducit* N, H. *subducet* ed. alii.

9. 4. *quevis* N, *quaevis* H, vulgo. *quovis* P. Puto *quaevis* accusativum esse. "Puella quae modo meretrix venalis erat (cf. 4. 7. 39, quae modo per viles inspecta est puplica noctes) nunc tibi quidlibet imperat. Cf. Plaut. Asin. 3. 3. 81, "quidvis egestas imperat."

9. 13. *compone* N, H, *depone* P. *compone* irrepsit propter vicinam vocem *libellos*, quo in genere saepe peccant omnes libri Propertiani. 9. 14. *E* N.

9. 29. *cutis* Groninganus, prava interpolatione.

9. 30. *aufuge* codices. Corr. Boltius.

9. 31. *et possint* N, *possunt et* H cum aliis.

9. 34. *quo* codices: *qua* Dousa fil., L. Muellerus. *quo* venit ab *amore*. 10. 11. *concedere* N.

10. 15. *diversos* N, H. *divisos* ed. et Heinsius. Dividi amantes dicit Propertius, 1. 12. 10: 2. 7. 3, et alias.

10. 19. *quae cumque* codices et H. *quae cuique* L. Muellerus. bene. *Cum* et *cui* confundunt libri nostri.

10. 23. *rugata* Hauptius.

10. 28. *effecto* N, H. *effectu* multi codd. et edd. vett. cf. effectus, 3. 23. 10.

11. 5. *adducere* codices. Corr. Scaliger.

11. 11. *teutantis* N. Corr. Scaliger.

11. 15. *amota* N, *amoto* cett. H. *amota* cum Hauptio servavi: nam *custos* potest significare "chaperon," "duenna." Sed merus error scribae fortasse est *amota* ut *mea* pro *meo*, 1. 1. 22.

11. 21. *non* N, corr. H. *non* et *nunc* confundunt libri.

11. 28. *dabunt* N, *dabant* H, cum Burmanno. *discidium* N, *dissidium* H.

12. 2. *conscia Roma* codices. *conscio amore* H, pessime. Nemo vidit *conscia Roma* vocativum esse. Sententia est: "Quid, O Roma, quae conscia nostri amoris fuisti, non cessas desidiae crimen mihi fingere, falso arguens eam (desidiam) causam esse cur parum felix in amore sim?" Tales apostrophas in deliciis habuit Propertius.

12. 19. *dissistere* N, *discedere* H cum aliis. *desciscere* Heinsius.

13. 8. *adire* N, H. *abire* vulgatum est.

13. 13. *ego* om. pr. N. *augere* N.

13. 16. *inlectis* N. *i* et *l* in archetypo confusa sunt saepissime.

13. 17. *verbis* N, *veris* ed. Optatis veris: hoc est, *sinceris precibus*. cf. 2. 28. 43: Pro quibus optatis sacro me crimine damno. *vera* et *verba* saepe confundunt libri. *obtentis labris* Hertz., prodigiosa coniectura. Leni medicina auxilium loco attuli.

13. 24. *in* libri, *ab* Scaliger. *aethaeis* N.

13. 28. *adduci* N.

13. 30. *Ledae partu* N. *Ledae e partu* Hertz., immemor ut videtur tres fuisse filias Ledae, Helenam, Clytaemestram, Phoeben. Verum docueram in Hermathena, vol. i., 1873, Hauptii opusculis nondum collectis. Phoeben tertiam esse adiungendam duabus clarioribus sororibus ante nos viderat N. Heinsius: vide eius Advers. p. 325.

13. 35. *Quae* codices et editores. *qui* ed., "qui error tibi sit felix quoniam novus incidit." Absurdam Lachmanni interpunctionem, "quae tibi sit, felix quoniam novus incidit error" penitus, ut spero, sustuli. 13. 36. *quocumque* N.

14. 24. *vel* N, *nec* H cum Dresdensi. *aut* L. Muellerus. 15. 7. *et chois* N.

15. 15, 16 = 21, 22 post 18 collocavit Marklandus: post 20 ed.

15. 17. *post illos* N, H. *postilla* G. Fabricius. *s* sequitur, *post illas* scribae exhibens, confestim correcturo.

15. 29. *Multa* N. *Nulla* H, Passeratium secutus. *Alta* coni. Burmannus. In *alta* ipse incideram. cf. Ov. Trist. 1. 8. 1: In caput *alta* suum labentur ab aequore retro: *labi* interdum sine praepositione cum ablativo ponitur; ita illud Vergilii: labatur pectore vultus. Contra ea *nulla* firmare videtur locus a Baehrensio Misc. Crit. p. 77, laudatus: "Et Rhodanus *nullas* in mare ducet aquas." Anth Lat. 1. 440, 5. *Alta* tamen in praesens praetuli. Mutilus vel corrosus ad initium versus multis locis fuisse videtur

archetypus. Ita fere L. Muellerus, praef. p. 42–43: "Apparet enim primum versus vocabulum ut saepe in archetypo Propertii ex parte tantum potuisse legi." Hic litteras *lta* solas legi potuisse existimo, et scribam inepte correxisse *multa*.

15. 33. *Quam tibi ne* N. *Quam mihi nae* H. *Tam tibi ne* ed. *Tam* est Madvigii a quo etiam *tibi*, quod optimus codex solus servat retinendum erat.

15. 41. *moriturus* pr. N.

15. 42. *nullis* N, H. *nullist* ed. *t* ante *t* excidit.

16. 8. *exclusis* N. *exclusi* H, quod Lipsii commentum expellendum esse monuit in Hermathena 2. 118, R. Y. Tyrrellus. Fortasse tamen *excussae* cum Perreiano legendum: nam 2. 16. 27, pro *excussis* N *exclusit* exhibet.

16. 13. *inter* N. *mihi ter* Hertz.

16. 14. *a* N. *ah* H. 16. 18. *iam* N.

16. 22. *Turpis* N, *Tristis* reliqui.

16. 23. *plena* N.

16. 38. *irato dicere tota loco* N. *irato dicere turba ioco* Hertz., qui tamen de vera lectione dubitabat aeque atque ego. Dedi *ingrato dicere vota loco*. Cf. 17. 4: ingrato litore vota cadunt.

16. 48. *deferor* N. 17. 3. *et* om. N, H.

17. 4. *Omniaque* N, H. *Omine, et* Paleius, haud male. Sidus puto *Cassiopen* esse non portum. Olim conieceram *a solio* pro *solito* in priore versu (et hoc etiam Heinsius), ut sella Cassiopes intelligeretur. Sed magis placet Paleii coniectura.

17. 5. *tibi* om. pr. N.

17. 11. *reponere* N. *opponere* H, codd. plurimi.

18. 9. *carmina* codices (*i. e.*, magica), *crimina* H, cum Lipsio; vere fortasse. Saepissime enim haec vocabula inter se confusa sunt.

18. 16. *delectis* N.

18. 17. *colore* N, *calore* H, Lachmannum secutus.

18. 18. *nulla* N.

18. 21, 22. Dedi secundum transpositionem Koppiersii (1771). 21. *teneras* N, H. 22. *vestris* N, H.

19. 1. *non tristos* pr. N. 19. 5. *noster* N.

19. 10. *Thessalus* N, H (casu ut videtur) *Thessalis* Itali.

19. 15. *Quarum* N, H. *Harum* Heinsius.

19. 17. *longae te* N. Ordinem verborum interdum temere mutat Neapolitanus. 19. 22. *é* N. (pro *heu*).

20. 6. *Therodomanteo* N.

20. 7. *Hunc* N, H. Corr. multi.

20. 11. *cupidas rapinas* N. *cupidis rapinis* H.

20. 12. *adriacis* N. *Adryasin* Struvius, Hertzbergius. *Ah! Dryasin* Scaliger. *Hydriasin* Lachmannus.

20. 13. *sint duri* N. *sit durum* multi libri, Lachmannus.

20. 14. *expertos* N, *experto* Livineius, H.

20. 17. *pegase* N. *Pagases* Hertz. *Argo* H. *Argon* dedi cum N, iubente R. Ellisio; *adplicuisse* enim in 20 docet de fabricatore puppis, qui erat Argus, poetam loqui. Cf. 2, 26, 39, ubi idem Ellisius docet codicum scripturam *ratis Argo* rectam esse. Confer accusativos Graecos *Patroclon*, *beryllon*, cet.

20. 18. *Egressam* N, H. *Egressum* ed. cum Ellisio.

20. 24. *frontis* N. 20. 31. *cesset* N.

20. 32. *A* N. *amadrias hinc* N. corr. Scaliger.

20. 33. *arganthiphege* N. *Pegae* Scaliger, fortasse recte. Cf. Apoll. Arg. 1. 1222. *Pege* Turnebus.

20. 35. *nullae* N, H. *nulli* ed. et ante me Aldus. Miror editores formam minimi pretii *nullae* pro *nulli* servavisse. At libri omnes *nullae* exhibent. Sic quoque erant retinenda *tendisti*, *restaverit*, similia. Librarius *pendebant* transitive accepit, et "*nullae curae* (nom. pl.) *pendebant debita*" poetam dicere voluit: homo versutus, quisquis fuit.

20. 52. Versus corruptus. P habet *tutus* sed in marg. *ruris* et *rursus*. Repone: Formosum n*i* *v*is *per*dere *r*u*r*sus Hylan.

21. 5. *servato ut* N, H. Librarius non intellexit structuram sane facilem intellectu, et *servato* pro imperativo accepit.

21. 6. *Ne* N, *Nec* H. *Haec* Itali. *N* et *H* in archetypo facile confusa sunt. *Nec* pro *Haec* dat N 2. 15, 47, fortasse alias. *acta* libri, *Acca* Scaliger, quod si legas *Ut* pro *Haec* reponendum videatur.

22. 6. *sit* N, H. *sed* ed. vel *set*.

LIBER SECUNDUS.

1. 2. *moris* N.

1. 5. vidi] *cogis* N, *coccis* Lachmannus, Hertz. *vidi* Itali. *cogis* tamen vel ipsum stare poterat.

1. 20. *Impositam* N. Lachmannus confert Ov. Am. 2. 1, 14. *Impositum* Hertz. 1. 21. *pergam* N.

1. 31. *Et* N. *Aut* H. *cyptum* N, *Cyprum* vel *Aegyptum* Itali. *Cyprum* H. *Coptum* Baehrensius. *attractus* N: *atratus* ed., quam emendationem ante

me Baehrensius publici iuris fecit, Misc. Crit. p. 83. De cultu lugentis Nili in triumpho ducti per vias loquitur poeta. Sic 3. 5. 34, *atratis* corruptum est in *attractis* in Groningano, in *actractis* in Perusino. Hanc emendationem typis expresseram in editione Propertii quattuor abhinc annis a me incepta ad calcem tamen non perducta. Cf. Verg. Aen. 8. 711: magno maerentem corpore Nilum. Pers. 6. 47: ingentesque locat Caesonia Rhenos; ante omnes Ovidium, Art. 1. 223, de imaginibus fluviorum in triumpho ductis:

Atque aliqua ex illis cum regum nomina quaeret
  Quae loca, qui montes, quaeve ferantur aquae;
Hic est Euphrates, praecinctus arundine frontem.
  Cui coma dependet caerula Tigris erit.

tractus H, vulgo. *urbem* N, H. *urbe* ed.

1. 47. *uno* N. *uni* H.

1. 54. *colchiacis* libri. *Iolciacis* Scaliger.

1. 63. *Missus* N. *Haemonia* libri: *Haemonii* Heinsius, L. Muellerus. Cf. Ov. Am. 2. 9. 7.

1. 66. *Tantalea* N, H. *Tantaleae* Beroaldus.

1. 73. *spes* N, *pars* Groninganus, H. 2. 4. *fata* N.

2. 11. *Mercurio satis* N. *Ossaeis* Burmannus. Hoc ipse extudi, et *Pirithoo* pro *Mercurio,* in Hermathena, 1874. *Ossaeis* verum esse etiam nunc iudico: sed *Mercurio* nunc retineo. Poetae enim obversatam esse credo fabulam aliquam deperditam quae Ischomachen rem habuisse cum Mercurio prodiderit.

2. 12. *primo* libri, *Brimo* Turnebus; frustra opinor: vide tamen Ellisium Prof. Diss. Univer. Coll., Lond. 1871.

2. 13. *etiam* N. 3. 1. *nullum* N.

3. 22. *quae quivis* N. *lyrnes* G, e glossa *lyricae* ortum ut me gnarum docuit Baehrensius, Misc. Crit., p. 84. *carminaque Erinnes*, Beroaldus, H, vulgo. *Quae quaevis* ed., verba poetae ad superbiam Corinnae referens.

3. 24. *Ardidus* N, H. *Candidus*, quod est vulgatum, servavit Macrobius.

3. 45. *aut* N, tacente Hertz., qui *ah* legit.

4. 8. *per medeae* N.

5. 4. *aquilo* N. *alio* Burmannus, verissime. Longe peior est Lachmanni coniectura *aliquo* quod recepit H, et editores omnes.

5. 21. *vestes* N, *vestem* vulgo. 6. 11. *ledet* N.

6. 12. *amica* N, H. *amicta* ed. Sensus est: me etiam laedit soror, simul cum qua amicta dormit Cynthia. Cf. 3. 21. 8. *Et* pro *etiam* saepe usurpat Propertius. 6. 13. *ledent* N.

6. 20. *duro* N, H. *durae* Scaliger ex Perusino. Cf. durus aper, 2. 13. 54.

6. 32. *Iurgia* N, H, quod non intelligo. *Orgia* Ruhnkenius ante ed. 6. 35. *Non* N. *nunc* H.

7. 2. *stemus* N. 7. 8. *more* N.

7. 11. *tybia* N. *Cynthia* H.

7. 15. *comitarent* N. *comitarem* vel *comitarer* Itali.

8. 8. *aut vincis* N, H. *at vinces* ed., et ad sensum et ad metrum accommodatius.

8. 10. *steterant* N. 8. 13. *iam* N, *tam* H.

8. 21. *Antigone* N, *Antigones* H.

8. 23. *miserae puellae* N, H. corr. R. Y. Tyrrellus in Hermathena, vol. 2. 8. 26. *ferro eodem* N.

8. 31. *ille* libri, fortasse *ire*. *fugas* N, H. *Phrygas* multi codd., quod facile in *frigas*, *fugas* abibat. *tractos* N, H. *fractos* codd. nonnulli.

8. 38. *Illum* libri, *idem* L. Muellerus.

8. 39. *marte* N. 9. 2. *electo* N.

9. 12. *Propositum* N, quod verum est. Cf. Ov. Trist. 3. 9, 29, scopulo proponit in alto Pallentesque manus sanguineumque caput. *Appositum* Hertz. cum reliquis libris. *vadis* N. *vagis* ed. Cf. 3. 11. 51.

9. 44. *sic* N, *sis* H.

10. 11. *carmina* multi libri, *carmine* N. Non vidit librarius *ex humili* per se capiendum esse. Hoc vidit Hertz. qui tamen servat *carmine*, hoc modo: "iam carmine sumite vires, Pierides:" Male: tres vocativi sunt anima, carmina, Pierides.

10. 15. *quis* N. 11. 2. *Ludet* N.

12. 3. *Is* N, quod tacet Hertz. *Hic* H, vulgo.

12. 10. *uterque* N. 12. 15. *é* N.(pro *heu*).

12. 18. *puer* N. *puella tuo* N. pr. *loco* N. sec.

13. 1. *armatur* N, H. *etrusca* N. *armantur Susa* Volscus. *Itura* Pontanus, H. *Atusa* vel *Phraspa* Ellisius.

13. 39. Hertz. periphrasin sic constituit (*memento hoc iter.*) *memento* corruptum videtur.

13. 47. *Quis tam longaevae* N. *Cui si longaevae* H. *Cui si tam longae* Santenius.

13. 48. *Gallicus* N, H. *Bellicus* ed., et ante me Behotius. Corrosum hunc versum, ut 47, ad initium in archetypo fuisse puto, et *llicus* tantum incolume relictum esse, unde scriba temere reposuit *Gallicus*. Ne cui videatur *bellicus* vi carere, hoc moneo poetam

dicere velle, Nestorem felicius in bello periturum fuisse, quam longo et misero aevo in pace producto. *Bellicus* saepe numero apud Propertium occurrit.

13. 53. *qui* libri, recte: cf. Ov. Her. 20. 101: Testis erit Calydonis aper. *cui* H, e coni. Huschkii.

13. 55. *iacuisse* N, H. *lavisse* Scaliger ex Perusino, quo nihil verius umquam fuit, ab omnibus licet neglectum sit.

13. 58. *qui* N verissime. *quid* H, vulgo. *qui* (quomodo) *possum* sollemnem usum habebat.

14. 16. *condito* N. *conditio* vulgo. Intactam reliqui vulgatam scripturam quamvis in Perusino mirabilis corruptio existat, *conditio emeriti*, unde olim conieci *emerito cineri*. collato illo *emeritum rogum* 4. 11. 72. Notandum est, N *condito* non *conditio*, nedum *condicio* exhibere. Quod si in ar-
condito
chetypo scriptum esset *emerito cineri* (sic) (*condito* pro glossemate ad *emerito* adscripto,) vides unde utraque lectio oriri potuerit. Quibus si quis adsentietur, videbit poetam optare non tam sero sibi notam fuisse Cynthiam.

14. 29. *veniet* N. *veniat* H. 14. 30. *honusta* N.

15. 7. *lassos* N. 15. 8. *lecte* N.

15. 16. *nudae* N, H. fortasse *nitidae*. Cf. Ov. F. 3. 44.

15. 17. *pertendens—cubaris* N, H. *cubares* N. *pertendes—cubare* ed. forma vitiosa *cubaris* fugata. Ita ante me Rivius ad Ter. Eun. 1. 1. 6, quod me docuit Burmannus.

15. 37. *tecum* N. 15. 47. *Nec* N.

15. 53. *Sic magnum nobis qui* N.

16. 12. *una* N. *illa* Hertz. cum aliis omnibus quod nequeo satis mirari. *Una* minime sapit emendatorem et firmatur ab El. 1. 5. 12: illa feros animis adligat *una* viros. 16. 18. *ipso* N.

16. 23. *Non quia* N, H. *Numquam* ed. Scriba cum deberet repetere *numquam* ab initio v. 21, *non quia* a v. 25 casu sumpsit. *cubaris* N, H. *cubares* ed. cum multis codd. 16. 27. *exclusit* N.

16. 25. *peccarim* libri. *peccaris* H, vulgo, ineptissime. 'Non ideo cubuisti cum foedo homine quod peccaris'! Ita Madvigius, Adv. Lat. p. 64.

16. 34. *mensa* N, quod mutare non audeo. *musa* Hertz. edd. omnes. Cf. 3. 10. 21, "sit mensae ratio." Catullus 50. 9, "ut nec me miserum cibus iuvaret." Vide ne sibi contradicat Propertius si scribens versus neget se scribere versus iuvare. Non enim scriberet, nisi scribere iuvaret: quis enim scribere cogeret?

17. 13, 14: post 15, 16 collocat H. 13. *iuvat* N. *licet* H. 15. *licet* N, *iuvat* H. 18. 3. *vidistis* N.

18. 5. Ita N. *Quid si iam canis aetas mea candeat annis* H. Imperfectum in talibus semper ponitur.

18. 6. *faceret* N, *faciat* H, multi libri.

18. 9. *undis* N, H, *ulnis* Itali.

18. 10. *adiunctos* N, H. *abiunctos* Scaliger, fortasse verius: *decedens*, nempe de curru labore diurno finito. 9, 10: 11, 12, transposuit H.

18. 20. *aut* N, *haud* H, *haut* ed.

19. 2. *colis* N, *coles* H. *Discedis* pro praeterito positum. 20. 12. *stasiliamque* N.

20. 23, 24. *non umquam,* N.

21. 10. *martitus* N.

21. 11. *quando*, in marg. *quondam*, N.

21. 12. Ita Hertz., cum Beroaldo. *tenuis* N. *domo* N.

21. 17. Ita N, H: recte. sensus est: "huic, nempe a Cynthia, alter amator iam pridem quaeritur, et ille restat mihi tolerandus." Fortasse malis *quod restat*.

22. 5. *deducit* N. Corr. Passeratius.

22. 30. *Non* N.

22. 31. *e lecto* H. *consurgeret* N.

22. 33. *poterant* N.

22. 48. *cur* N, *quae* N, *vetat* N.

22. 50. Omittit N. *quaerere* vulgo. *dicere* edd. vett. non quaerere puerum sed dicere quae viderit iubet amans, et *quaerere* post *quaerendo*, *quem*, *quae*, auribus displicet. Credo in archetypo verbum defuisse quo offensum scribam qui Neapolitanum descripsit totum versum omisisse. *Plura* Hertz. et libri plurimi: *furta* ed. Nam codex Hamburgensis habet *fata*. Sic Neapolitanus ipse habet pristina *fata* tua, 2. 2, 4.

23. 1. *et* N: *haec* H. *et* verum est. *etiam* semitam qua utebatur vulgus Propertius dicit sibi fugiendam fuisse. *et* pro *etiam* saepe invenies apud Propertium.

23. 22. *iuuerint* N, *iuerint* H. *capiant* vulgo.

23. 25. *sit* N. Nova elegia incipit N, apud Hertz. xxiv. Sed apertum est unam elegiam esse, et scribam quum verba *Tu loqueris* nesciret amico alicui tribuenda esse exprobranti Propertio dissimilia dicta nunc et olim cum Cynthiae laudes caneret, initium novae

elegiae hic fecisse, credentem *tu loqueris* esse verba Propertii.

23. 27. *sudor* N. *surdo* Hertz. cum Scaligero pessime, sequenti hunc versum adiungens.

23. 28. *ingenuus* N. *ingenuis* Paleius, optime.

23. 32. *Ureret* N. *nomine* N, H, *non mihi* ed. Ita Ovidius de stulto amante se decipiente: Am. 2. 2. 58. Viderit ipse licet credet tamen ille neganti, Damnabitque oculos et sibi verba dabit.

23. ~~19.~~ 30 *Ah* N, *At* H. *si* N, pro *sed.*

24. 1.=24. 17. H. Sedecim ultimis versibus elegiae superioris adhaeret, N. *erit* N.

24. 20, 21. *eheu* N.

24. 22. *navita* libri; corr. Beroaldus. *haud ita* Heinsius.

24. 35. *Hi* N. *Ii* H. *Id* Dresdensis. *Ni* coni. Lachmannus.

25. 2. *exludit* N. *venit* N, *t* erasa. Exludit quoniam sors mea, "saepe *veni*," Hertz., editores plerique. Hanc absurdam lectionem nuper explosit Madvigius, nescius Scaligeri coniecturam se repetere.

25. 9. *deducet* libri. *diducet* Heinsius.

25. 17. *nullo* libri. *nullus* ed. vel *nulli.* Olim *sufflamine* conieceram.

25. 35. Punctum post *forent* posui, quo sensus facilius intelligi posset. Sensum in editione secunda recte exposuit Paleius: "si saecula nunc forent qualia puellis temporibus priscis placebant."

25. 37. *mutabant* N. Terminationes verborum *it, at, et: ant, unt, ent* in archetypo distinguere haud facile erat. 25. 40. *Si* N. *nostra* N.

25. 42. *fusco* N, *fuscam*, L. Muellerus.

25. 43. *quadam* N. 26. 8. *Atque* N. *Teque* Hertz. perbene. 26. 18. *Quam* N.

26. 21. Novam elegiam hic inchoandam multi docuerunt. 26. 36. *in* om. N.

26. 39. *duo littora* libri propter *litore* in 38, *montis duo* ed. *montis* olim excidit post *mouistis*. Cf. Val. Flacc. qui montes Symplegadas appellat 2. 381, 4. 707. *ratis Argo* N, quod verum esse docuit R. Ellis. Argus enim fabricator puppis erat, cf. Apoll. Rhod. Arg. 1. 18. etc.: et ei Argo fuit curae Val. Flacc. 1. 477. *rudis Argus* Hertz. e coniectura Volsci.

26. 47. *dum* N. H. *cum* reliqui. *arvis* N, *Argis* H, vulgo, informi doctorum emendatione.

27. 5. *sequimur* N, *sequitur* H.

27. 7. *fletus* N, *tumultum* N. corr. L. Muellerus optime. *fletis capiti* H, vulgo.

27. 15. *clamantis* N, *damnatum* H cum codice damnato Groningano. 28. 8. *iurarem* N.

28. 9. Dedi plane ut N, qui signum ipsum interrogationis post *Venus* habet. Ita iam editores antiquiores, qui in permultis recentibus praestant. Sensus est: "illa dea omnibus formosis puellis aeque invidiosa est." Cf. Cic. Att. 2. 19: "tam peraeque omnibus ordinibus offensa." *Venus ipsa paremque?* G, H.

28. 12. *Pallidis* N. 28. 16. *venit* N.

28. 33. Commata '*coniunx*' includentia a Lachmanno posita sustuli. Nam certe *coniunx* nominativus est, non vocativus.

28. 43. *carmine* libri, *crimine* ed. Propertius votivum donum dis promittit sub quo in pariete sacro

se scripturum dicit 'per magnum salva puella Iovem.' Operosum sane carmen! '*sacro crimine damnatus*' idem significat atque illud 'voti reus.' Cf. 4. 3. fin: Armaque cum tulero portae votiva Capenae, Subscribam 'salvo grata puella viro.' Arma votiva non carmen quo dedicantur promittit Arethusa.

28. 44. *est* post *magnum* add. N.

28. 53. *Troia* N, *Eoa* H. Legas *Phthia* si iterata mentio Troiae in 54 te offendat. Sed neminem qui bene noverit Propertium repetitiones per se offendere debent. *Phthia*, si memini, nescio cui ante me placuit.

28. 54. *phebi* N. *Phoebei et muri* Hertz. *Thebae* Scaliger; cf. Ov. Am. 3. 12. 15, cum Thebe cum Troia foret.

29. 1. *Hesterna* N, corr. Heinsius. Vide vs. 42.

29. 8. *iam* N, *nam* H, vulgo. *iam* (ἤδη) cum *novi*, *notus*, saepe iungitur. Cf. 2. 24. 29: 2. 23. 25.

29. 14. *fores* N, H. *foris* Dousa pater, L. Muellerus.

29. 21. *me in lecto duxerunt* N. *me iniecto duxerunt* H. Corr. Heinsius.

29. 24. *at* N, *et* G, H. 29. 31. *Quod* N.

29. 36. *voluntatis* N. *volutantis* Lipsius, alii. *voluptatis* vulgo.

29. 38. *notus*, N, H. *motus* Heinsius et alii, fortasse recte. *natus* Baehrensius. 29. 39. *nostra* N.

29. 41. *custode reludor* N. *custos excludor* Broukhusius, quo nihil rectius habeo, nisi mavis *custode eludor*: hoc facile nasci potuit: altero *e* omisso librarius syllaba *re* metrum explevit. Cynthia est custos:

custodit enim lectum Propertio uni. Cf. 2. 18. 35. Ipse tuus semper tibi sit custodia lectus. Olim conieceram: *sanctae casto deludor amore.*

29. 42. *non* N. 30. 15. *onerantur* N.

30. 19. *Non tamen immerito* N. *Nunc iam dura* codd. plurimi. *Num iam* Scaliger: *dure* multi codd. recte. Se ipsum adloquitur poeta.

30. 20. *nota* libri. *nauta* Hertzbergius facili emendatione. *rauca* Munro.

30. 26. *Rorida* N.

31. 3. *Tanta* N, quod servavi: '*through all its length.*' *Tota* H, vulgo. *columbis* N.

31. 5–9. post 16 collocaverunt Hertz. alii.

31. 5. Olim conieceram *Hic Phoebus Phoebo*: Phoebus enim propter *Phoebo* in sequenti omitti poterat; et *equidem* attribueram librario lacunam explenti. Huius coniecturae nondum me poenitet: laborat enim versus, cum propter *equidem* quod Propertii aequales cum prima persona plerumque iungebant, tum quia *marmoreus* substantivo caret. Sed malo peccare codicibus haerens, et non negabo Propertium potuisse dicere *equidem visus est mihi* pro *equidem putabam,* nec *Phoebus* ex sequenti *Phoebo,* quamvis aegre, suppleri tamen posse.

31. 11. *Et quo* N. *Et duo* Hertz. *In quo* Itali. *erat* N, *erant* H. Currus solis commemoratur Ov. Pont. 4. 6. 48.

32. 2. *crimina lumen* N, H. *lumina crimen* alii codices. Pro *facti* fortasse *furti* legendum erat. cf. 22, 50. *habent* N. *habet* cett.

32. 5. *Curva te* N. *Curve te in* H, editores pleri-

que, contra metrum ut pronuntiat Muellerus. *Cur vatem* Perusinus, libri plurimi, quod verum esse puto. Cynthia ad suam domum Tiburtinam (3. 16. 2.) vatem praesagum, anum fatidicam deportari essedis iubet ut futura exponant. Cf. 2. 4. 15: Nam cui non ego sum fallaci praemia *vati?* Quae mea non decies somnia versat *anus*?

32. 6. *te via* N, H. Dedi *devia* cum Hamburgensi codice. Nam *via* apud poetas plerumque omittitur. Propertius dicit Cynthiam anus fatidicas ex deviis regionibus exquirere per quas via Appia ducit. *anum* N. *anus* H. Quod Baehrensio placet *te via Lanuvium* docti Angli commentum a Burmanno commemoratum a libris nimis recedit, et a vera loci interpretione abhorrere credo.

32. 8. *time* N (pro *tibi me*). *vocat* N.

32. 12. *attaicis* N.

32. 13. Ita N. *creber platanis pariter* H, cett.

32. 22. *meretur* N. 32. 23. *nostra* N.

32. 26. *tuis* N.

32. 32. *decreto* sensu caret. *dedecore est* Santenius. *iactura* Baehrensius.

32. 33. *fertur* N, *quamvis* H cum reliquis libris. Cur ab optimo libro subito desciscam non video.

32. 34. *Nec* N, *non* H cum multis libris. *Num* alii.

32. 35. *Parim* libri. *palam* Hauptius, ad amores Anchisae et Veneris respiciens. Paris enim rem habuisse cum Venere nusquam narratur. Cf. Theoc. 1. 105: Οὐ λέγεται τὰν Κύπριν ὁ βωκόλος ἕρπε ποτ' Ἴδαν Ἕρπε πότ' Ἀγχίσαν. Paene tamen intuleram meam coniecturam *Pegasida* pro *Quamvis* (*ida* ab *Ida*

absorpto) ut Oenone suum locum hic haberet. Cf. Ov. Her. V. 1. Pegasis Oenone. Valde amat patronymica feminina Propertius. Cf. quae ad 3. 11. 17 adnotavi.

32. 38. *senis* N.

32. 45. *iam* quod inter ill*am* et *im*pune facile excidit ex Perusino revocavi.

32. 54. *Et* N, H, vulgo. *At* ed. [*At* in 53, *et* hic, Vulpius].

32. 54. *antiquas* libri, *antiqui* Marklandus.

22. 61. *tuque es imitata latinos* N. *aeques imitata Latina* ed. et Lachmannus in prima editione. *tuque es mirata Latinas* Schraderus, H.

33. 3. *pereant* N, *pereat* H. Pereant, sacra scil. Vide ne sit atrocius deae mortem imprecari.

33. 12. *Mansisti* N, H. *Mandisti et* ed. *abdita* N, H. *abbita* Perusinus unde restitui *arbuta* vel *arbita*. Cf. Ov. Met. 1. 632, (Io) "Frondibus arbuteis et amara pascitur herba," siquidem *arbuteis* illic legendum non *arboreis*, quod plurimi codices exhibent. *Pasta* passive capiendum ut in Ov. Am. 3. 5. 18, de vacca: Dum iacet et lente revocatas ruminat herbas, Atque iterum pasto pascitur ante cibo. Nihil vulgata frigidius.

33. 19. *Aut* N, H. *Et* ed.

33. 31. *Tuque o euricio* N. *Tu quoque o* H.

33. 37. *demissae—sertae* N: et ita Charisius laudat versum.

34. 1. *credat* N, *credit* H, qui provocat ad illud notum *et quisquam* quod semper praesentem postulat. at *cur quisquam* non est idem atque *et quisquam*. *amori* libri: *amico* Beroaldus.

34. 19. *meas-umbras* N, H. *meae umbrae* H. A. I. Munro, optime.

34. 20. *stulto* N, H. *nullo* Heinsius.

34. 29. *erechti* N, *Erecthei* vulgo corr. *lecta* libri. fortasse *plectri*. *Erecthei* enim nomen aliquod flagitat. *lecti* (studying-couch), Postgatius.

34. 31. *memorem musis* N, *musis memorem* Hamburgensis, alii. *Musis meliorem* H, ex Scaligeri emendatione. Recte me iudice. melior Musis est *melior iudicio Musarum*, *Musis acceptior*. Musae, chorus qui non nescit amare, pluris aestimant lascivum poetam Philetam amores meditantem, quam tristem senem illum Erectheum solitum arma virosque canere. Burmannus qui locum recte exposuit optime contulit Ov. Rem. 761: Me certo Sappho *meliorem fecit amicae*. De vero sensu emendationis suae non video Scaligerum ipsum cogitasse. *Meropem* Bergkius splendide non vere.

34. 33. *rursus* N. 34. 34. *factus* N. 34. 37. *orion* N.

34. 39. *Non amphiarerae* N pr. *amphiareae* N sec. *Amphiaraeae haud prosunt* H, *prosint* N. Paleium secutus sum nisi quod *prosunt* ille legit.

34. 41. *et* libri, H, ex sequenti sumptum. *ea* vel *iam* ed. De eodem Aeschylo pergit poeta. *aechileo* N, *Achilleo* alii libri, Scaliger. Sed cf. Sophocleo cothurno, Ov. Am. 1. 15. 15.

34. 53. *aliquid restabit* N, *undas* om. N. *restaverit undas* P, multi libri. *aliquis sedet arbiter undas* H, Iacobum secutus. *aliquid restabimus undas* E. Wassenberghius certissima coniectura. Si quis dubitet,

conferat Ovidium Am. 3. 9. 59; Si tamen e nobis *aliquid* nisi nomen et umbra *Restat,* in Elysia valle Tibullus erit. Nemo in arte critica tiro adeo rudis erit quin videat scribam *aliquid* pro subiecto accipientem mutavisse *restabimus* in *restabit:* vel *restaverit* quod in editionem suam secundam Lachmannum recepisse dolendum est. 34. 54. *flumina* N. 34. 62. *virgilio* N.

34. 83. *animis* N, H. *audis* ed. Sensus est: Nec, tu Vergili, minorem famam ducis ex his, nugis amatoriis scil. quam ego. *Haec* in 81, 85, 87, 89, nullum alium sensum habet. In hoc versu puto scribam de structura ἀποροῦντα, et desiderantem substantivum ad quod referret *his* mutavisse *audis* in *animis*. *sim* N, *si* H. *sic* ed. *minor ore canorus* om. N.

LIBER TERTIUS.

1. 11. *currum* N. 1. 19. *date vestro* N, *vestro date* H, cum aliis codd. 1. 20. *onus* N.

1. 23. *Famae–vetustae* N.

1. 27. *Idaeum Simoenta* N. *cunabula parvi* om. N, servant reliqui libri. *Idaeo sub monte* ed., vel *Idaeos montes Iovis incunabula.* *Simoenta* propter *flumina* in 26 intulerat librarius. Cf. Callim. Hym. Iov. 6: *Ζεῦ σε μὲν Ἰδαίοισιν ἐν οὔρεσι φασὶ γένεσθαι.* Solitam confusionem Idae Creteae et Troianae non vitat Propertius. Vergilius Prop. paene expressit: Aen. 3. 105: Mons Idaeus ubi et gentis cunabula nostrae. Cf. Cic. Att. 2. 41; ad montes patrios et ad incunabula nostra. *Iovis cum prole Scamandro* Hauptius: sed hoc est rescribere non emendare Propertium.

1. 36. *augur* . . N. *deae* N.

2. 1. Initium novae elegiae in libris. Apud Hertzbergium et editores hi duo versus superiori elegiae cohaerent. 2. 2. *insolito* N.

2. 3. *detinuisse* N. *delinisse* Ayrmannus.

2. 4. *innumeri* N. 2. 7. *fera* libri : *freto* ed.

2. 11. *pheacias* N. 2. 12. *ante* N.

2. 13. *comitis* N. 2. 16. *et* om. N.

2. 21. *subducit* N. *subducet* H, vulgo.

2. 22. *pondere* N. fortasse vere : hoc modo : Annorum aut ictu, pondere victa, ruent : h : e : suo pondere victa ruinas dabunt. Ita iam Burmannus.

3. 7. *cecinit* libri. Corr. Lachmannus.

3. 11. *lacies* N.

3. 21. *perscripto* N. *praescriptos evecta—gyros* Lipsius, alii. *sevecta* N, H. *devecta* ed. cf. 4. 119 : nunc ad tua devehar astra. 3. 26. *Quo* N. *Qua* H, vulgo. 3. 32. *pumica* N. *nostra* N. 3. 33. *rura* libri, *iura* Scaliger. 3. 36. *apta* N.

3. 42. *flere* N, *flare* Dousa fil. H. Vide ad 4. 1. 73.

3. 45. *scevo* N. 4. 6. *parta* N.

4. 11. *sacrae* N, H. *Latiae* Heinsius. *lumina* N, H. *numina* multi libri.

4. 13. *oneratos—axes* N, H. *onerato—axe* Scaliger, alii. 4. 22. *Me* N. 5. 4. *gemina* N. 5. 6. *miser* libri, *misera* ed. *aere* N. 5. 8. *caute* N, fortasse vere.

5. 14. *ad infernas—rates* libri, *at inferna rate* H. *ad infernos* [illegible] Cf. apud infernos 2. 28. 49. conieceram etiam : *in inferna-rate*. Nam *vehi in rate* etiam dicitur, et *in* ante *inferna* facile excidere potuit. Excidit *in* ante *incertum* in N, 2, 26, 36, quod non notavit Hertz.

5. 15. Credo Propertium scripsisse *Victor cum victis pariter miscebimur umbrae:* librorum tamen lectionem intactam reliqui. Lachmanni *Indis* quod laudat aliquis mihi ineptum videtur.

5. 24. *sparserit et integras* N.

5. 30. *perhennis* N. *perennet* malim.

5. 35. *seros* N. Perusinus habet *segnis* quod paene edideram recordatus illud Iuvenalis "*pigri* sarraca Bootae." *flamma boon* N.

5. 39. *nocentum* Hauptius. om. N. *Gigantum* reliqui libri. Priorem vocabuli partem in archetypo evanuisse crediderim. Fortasse *silentum*. Cf. Verg. Aen. 6. 432.

6. 3. *Non* N. 6. 6. *serus* N.

6. 7. *Non* N. 6. 9. *si* N. Corr. Aldus.

6. 13. *Ac vestam* N.

6. 22. *Aequalem nullo* N. *nulla* cett. H. *Et qualem nolo* ed. Rivalem Cynthiae in hoc versu describi sequentia declarant. Cynthia queritur Propertium se linquere posse, et puellam vilem cuius nomen vel quaestum nolit dicere domi habere. Cf. Iuv. 8. 275: aut pastor fuit aut illud *quod dicere nolo*. Cf. Catull. 67. 45. *amare* pro *habere* fort. reponendum. Cf. 2. 24. 24. 6. 26. *bombi* N.

6. 30. *vita* N. 6. 36. *viam* N. 6. 39. *consuli* N.

6. 41. *Quod nisi et* N. *Quod mihi si et* H. *Quod mi si e* ed.

El. 7. Pulcherima elegia multa passa est a librariis, quorum vulnera equidem sanare non possum. Ordinem versuum in libris manuscriptis traditum servavi, quamvis hoc saltem certum videatur vss. 21,

22, transportandos esse ut iussit Baehrensius Misc. Crit. p. 85, et ante eum Livineius, ita ut sequantur vs. 38. Vss. 23, 24 spurios cum Ellisio duco.

7. 1. *es*, post vitae, H, vulgo : om. N.

7. 18. *tibi in ore* N.

7. 22. *Qua* N. *quae* H, vulgo. *minantis aquae* N. *natantis aqua* vel *aquas* Itali. *Athamantiadae* H, e sua coni. *Mimantis* R. Ellisius in disputatione doctissima de h. l. Prof. Diss. Univ. Coll. 1872. In re incerta cum libris manuscriptis steti, nisi quod *quae* dedi pro *qua*. Fortasse enim fabula Propertio non nobis nota Argynnus propter minas ad aquas dictas mersus fuisse traditus erat: et certe *poena* vi omni caret nisi tale quid arbitremur. Cf. *caeloque minantem*, 3. 9. 47. Vide Baehrensium Misc. Crit. p. 85.

7. 23, 24 : Spurios cum Ellisio duco.

7. 25. *posita est* N, *positaque* H, cum reliquis libris.

7. 29. *Ire* N, *curvae* N. *curvate* G. T. Lendrumius, haud male. Sed *curvae* debetur librario *rates* pro vocativo accipienti post *ite*. *terite* N.

7. 31. *fuerat fatis :* H, prava interpunctione.

7. 37. *insidians* N, *insidias* H, multi libri.

7. 42. *soli* N, *soliti* Lipsius, H. *solum* alii.

7. 43. *patrio* libri. *patrios* Heinsius.

7. 46. *flere* N, *flare* Iacobus H, fortasse recte. Verte "where the blast has no power." Cf. 4. 5. 30. *potes* Dresdensis unde conieceram *nil ubi, Caure, potes*.

7. 49. *chio* libri. *thyio* H.

7. 50. *Et fultum* libri plurimi. *effultum* H, vulgo. *Est fultum* malim.

7. 52. *miser* N, H, *miseri* ed.

7. 60. *longas—manus*, N, H. Librorum scripturam intactam reliqui. Longas manus aetatis puerilis signum esse me docuit locus apud auctorem Anglicum quem olim a me laudatum non pudet hic repetere:

"Here, as Lord Kendal sat on the hill-top, the whole scene came back to him, as it had not done for years. The hill-side, the raw, misty rain, the roar of the conflict, the boy's bright curls, his curious national dress, his blue eyes, *his long white hands* as he had unfastened the cross from his cap." [Véra, *A Novel*, p. 226.] 7. 66. *tracta* N.

7. 68. *Thetis* N, H. *Theti* Puccius.

8. 11. *gravida* libri. Corr. Scaliger.

8. 13. *se* N. *seu* Lachmannus, quod recepit H, ut referret *euntem* ad virum, a suspiciosa puella custodibus saeptum. Mihi longe alia videtur sententia poetae, et *se* retineo. Femina amans in contraria ruit: modo non nisi custodum gregibus stipata procedit, ut fastum simulet et incitet amantem: modo omni simulatione posita, Maenas ut icta vias medias sola sequitur, totaque furens bacchatur in urbe.

8. 19. *iniurgia* N.

8. 27. *quem* N, *quum* Itali. H. *cui* ed.

8. 29. *grata* libri, quod revocavi. *Graia* Palmerius, H, vulgo. *Grata* ad *gaudia* non ad *arma* referendum.

8. 37. *tendisti* libri. Nisi Diomedes et Prisciamus *nexisti* servavissent, *tendis tua* coniecissem. Nam *tendere retia* Cynthiam dicit Propertius 2. 32. 20.

8. 40. *offensam* N.

9. 7. *Omnia* N. *omnia* cett. Illud *omnia rerum*

magis convenit aevo Taciti quam Propertii. Conieceram *nervis* quod firmatur ab 3. 3. 4 : Tantum operis nervis hiscere posse meis. *Rerumque* in *nerusque* corruptum est in codice Puteaneo Heroidum 8. 111.

9. 8. *Flamma nec ex aequo ducitur ulla iugo* N: *Fama* H, vulgo. Originem vitii quod hunc versum insedit illud *ex aequo* praebuit, quod cum delirus scriba non intelligeret per se capiendum esse vocem in fine versus refinxit ut *aequo* substantivum haberet. Quo in genere quam saepe peccaverint librarii nostri, iam nil opus est lectorem monere. *Ex aequo* saepe apud Ovidium adverbialiter legas (ἐξ ἴσου). Quid pro *iugo* (*eoo* Groninganus, *rogo* Itali) legendum sit dubium est: *viris* quod in textum recepi facilis emendatio est. Quod si paullo audacius locum retractare mavis, fortasse non absonum videbitur

Plaustra nec ex aequo ducis, aselle, iugo. *Plaustra* in *flamma* in N corruptum est 3. 5. 35 : et *ducere* de iumentis recte usurpatur 2. 25. 6. Proverbium Graecum olim fuisse suspicor hanc vel similem formam habens: Ἄμαξαν οὐχ ἕλκουσιν ἐξ ἴσου ζύγου Ὄνος τε καὶ βοῦς. Cf. Plaut. Aul. 2. 2. 52. Utraque coniectura poetae sententiae convenit.

9. 10. *calamis* N. 11. *poscit* N, *ponit*, vulgo.

9. 13. *addita formae* N. *abdita* Fruterius ante ed. *fama* ed. 'Ex argumentis exquisitioribus Mentoris fama pendet.' 9. 14. *Ad muros* N.

9. 20. *sequitur* N (? *sequimur* ma. pr.) H. *sequimur* Broukhusius. Recte: *quisque* enim N mutavit in *quaeque*, quod puto non fecisset si *sequitur* legisset.

9. 21. *recepti* N, pr.

9. 27. *effectum* libri. *affectum* Beroaldus, Guietus, Heinsius. 9. 33. *victa* N.

9. 35. Om. N. et fortasse archetypus. Nam *findŏ*, trochaice, graves suspiciones movet.

9. 36. *Tota* libri. 9. 37. *phebo* N.

9. 38. *semper* N. *septem* H vulgo. Retineo *semper*. "Non canam bellum Epigonorum contra Thebas, et praelia non semper clade pari ut in priore bello." Hoc *nec* Propertii proprium ut nihil aliud est.

9. 44. *dure* libri, propter 2. 34. 44. *Dore* Scriverius, H. *Coe* Beroaldus, recte opinor. *Coe* ante *poe* excidit (nisi mavis *Phileta;* cf. 3. 1. 1).

9. 45. *curant* (bis), libri.

9. 48. *flegreis* N. *oromodunta* N. *Eurymedonta*, H.

9. 55. *pelusii* N. 9. 56. *Antoniique* N.

9. 57. *factor* N.

10. 1. *misissent* N, H. Sed *misissent* non praebet commodum sensum, et *misere* statim recurrit. *Visissent* Heinsius, quod mihi quoque illuxit.

10. 6. *Ponet* N. *minax* N. 10. 8. *Niobe* N, H.

10. 17, 18. om. N: quamobrem ipse vides. 10. 25. *que* om. N.

11. 5. *Venturam* libri. edidi *iactura* e coniectura discipuli amicique mei E. T. Lendrumii. *Iactura* in *iacturam* corrupto (*m* enim sequitur) scriba illo *venturam* nos ditavit. *mortem* N: *noctem* Itali, Lachmannus, H.

11. 17. *Omphale* N, H. *Iardanis* ed. Omphale filia Iardani fuit. Cf. Her. 9: Se quoque nympha tuis oneravit Iardanis armis. *Omphale* fuit glossa. Quantum amet Propertius feminas antiquas πατρό-

θεν vocare, demonstrabunt Iasis (Atalanta), Tyndaris (Helene) ter: Icariotis (Penelope): Tantalis (Niobe): Minois (Medea): Inachis (Io) bis: Leucippis Phoebe: Nycteis Antiope: Athamantis Helle. Nonne tibi probabilius iam videtur Propertium suo constanti more *Iardanis* hic scripsisse, quam contra leges prosodiae peccavisse quod numquam facit? Et hoc quaeso attendas: in 2. 13. 49:

Non ille Antilochi vidisset corpus humari

omittit *N* (tacente Hertzbergio) cum aliis *ille*. Nimirum librarius *Antīlŏchi* pronuntiavit. 4. 3. 1:

Haec Arethusa suo mittit mandata Lycotae

omittit N, alii, *haec*. De Ārēthusa somniaverunt. In 2. 34. 40

Aut Capanei magno grata ruina Iovi

multi libri *magno* omittunt. Apparet *Căpānēi* legisse. Simili modo hoc loco glossema *Omphale* in versum advexerunt, non illi de hiatu cogitantes, sed *Omphāle* producta syllaba media legentes.

11. 23. *dño* (*domino*) N. *missi* N, H. Elegantem recepi R. Y. Tyrrelli coniecturam *mitti*, servato *nec* quod exhibet N in sequenti.

11. 24. *Nec* N. *Ne* H, vulgo.

11. 29. *vexerit* N, *vexerat* H.

11. 31. *coniugis* N, H. Correxerunt multi.

11. 41. *anubim* N. 11. 45. *canopeia* N.

11. 46. *dare* N *dare et* H, *dares* ed., cum nota interrogationis in fine versus.

11. 48. *quae* N. 11. 51. *vada* N. 11. 55. *fuit* N.

11. 57. *toto* N, H. *toti* hic, et *nulli* (1. 20. 35) a Propertio esse credo: *toto* et *nullo* a librariis.

11. 58. Om. N. P. om. *Marte* quod reliqui libri exhibent: crediderim vocem inter *territa* et *minas* in archetypo defuisse: fortasse *turpe*. Cf. ad. 2. 22. 50.

11. 59. 60. Hoc distichon quod in codd. post 68 sequitur hic poni primus iussit Passeratius. Ordinem librorum servat H. *Monimenta* corruptum videtur; fort. *ornamenta*.

11. 60. Ita Paleius recte, ut puto, interpunxit.

11. 64. *At Decius misso* N, H. *Admisso Decius* Scaliger. Sic Ov. Her. 1. 36, pro vera lectione, Hic lacer admissos terruit Hector equos, libri antiquiores dant absurdum illud *alacer missos*.

11. 66. *Et* N. Corr. Broukhusius.

11. 67. *condiderant* libri. *dii* N et ita semper ni fallor.

12. 7. *intecta* N. 12. 14. *Si credunt* N.

12. 18. *Cum sit* libri, H. *suae* Itali. Et certe *tuae* in *suae* mutandum est, si *sit* legamus. Sed cum Propertius amet Romam ipsam adloqui equidem malo retinere *tuae*, *sit* in *sis*, *cum* in *cui* mutato.

12. 25. *mons* N, H. *enses* ed. *manus* Fonteinius. *calpe* N, H. *capta* Fonteinius. fortasse *rapta*. Prima syllaba in *rapta* ab ultima in *Ismara* fortasse absorpta fuerat. cf. Od. 9. 40. πόλιν ἔπραθον ὤλεσα δ' αὐτούς. Aen. 2. 374: rapiunt incensa feruntque Pergama.

12. 30. Genuinum versum periisse, et glossam ad vocem *Lampeties* lacunam supplevisse suspicor. Nam nemo non videt hunc versum ineptum et prorsus indignum Propertio esse. Mirum mihi quidem videtur poetam errores Ulixis narrantem, et res ab eo gestas paene omnes celebrantem unam maxime notabilem

praeteriisse. Quid multa? Versum periisse credo quo ventos ab Aeolo Ulixi traditos et in tergore bovis vinctos narraverat Propertius; ad hunc modum:

Pelle bovis clausos ingemuisse Notos;

vel,

Carcere luctantes continuisse Notos,

et scribam casu eum versum omisisse, cum oculi aberrassent propter infinitivos similem fere exitum habentes, *mugisse, fugisse* cet. Cf. Ov. Met. 14. 223 seqq.:

> Aeolon ille refert Tusco regnare profundo
> Aeolon Hippotaden, cohibentem carcere ventos:
> Quos bovis inclusos tergo, memorabile munus
> Dulichium sumpsisse ducem.

12. 35. *lecto* N.

12. 38. *Vincit penelope* N. *lelia* N. Corr. Passeratius.

13. 2. *venerem exhausto* N.

13. 6. *Erycina* libri. *Erythraea* Beroaldus, alii.

13. 9. *clausas* N *nifeas* superscripto "litteris ob angustias spatii minoribus sed eadem manu eodemque atramento quo cetera exaratis." Haec L. Muellerus cuius emendationem *nymphas* recepi, post locum a me in codice inspectum. *clausas-puellas* Marklandus, quod malebat Hauptius.

13. 10. *Quaeque terunt* N. *Haecque* Puccius H, pessime. Vide quae notavi ad Ov. Her. 7. 152. *iterant* Heinsius, alii. *gerunt* Guietus.

13. 21. *Ardent* libri, inepte, nullam aliam ob causam quam quia *flammae* sequitur. *Gaudent* H. Stephanus, Passeratius.

13. 23. *Hoc* N. *Hic* H, vulgo.

13. 27. *discussa* N. 13. 30. *vimineos* Palmerius.

13. 32. *viricoloris* N. 13. 33. *perrara* N.

13. 35. *Atque hinuli* N. Corr. Scaliger.

13. 37. *lentas* N, H. *latas* P. *lentis* Baehrens. Misc. Crit., p. 105.

13. 39. *Corniger atque dei* N, H, vulgo. *Deum pastorem* explicant de Apolline greges Admeti pascente. Sed *atque* semel tantum ante consonantem, 4. 2. 52, in secundo loco numquam usurpat Propertius, et *dei* post *deas* 38, sequente *dique deaeque* 41, iure suspectum habeas. *Idaei* Volsci aliquanto melius est. Sed non de certo aliquo pastore loquitur Propertius sed in universum de omnibus antiquis pastoribus. *atque sui* Heinsius et Baehrensius. *at quondam* vel *antiqui* ed. Cf. *antiquis puellis* 2. 25, 35. *vacuas* Baehrensius l. c.; fortasse *vacui*, si *at quondam* legas.

13. 53. *aurigero* N. 13. 55. *Et* N.

13. 59. *verus* N. *vanus* H vulgo.

14. 3. *infames—laudes* N, H. *ludos* Auratus, vulgo. *infami se—ludens* ed. N. dat *ludet* pro *laudet* 2. 11. 2.

14. 5. Ita N, H. *velocis iactus* est genitivus (cf. (constantis—fastus, 1. 1. 3), et pila velocis iactus est pila adeo velociter iacta, ut fallat, excidat inter manus lusoris frustra excipere conati: Structura est: pila fallit (*is missed*) per brachia (*scil.* lapsa.) Propertius saepe ante praepositiones participia omittit. Cf. 2. 32. 23: 3. 1. 28. *veloci iactu* Scaliger, alii.

14. 17. *habenis* N.—Castor enim precedit!

14. 28. *adoratae domi* N, H: *odoratae comae* Canterus, vulgo. 14. 29. *ingenii* N.

14. 31. *Nec quae sint facies nec quae sint verba rogandi* N, H, vulgo, quem versum me non intelligere fateor. *sint* in *sit*, *verba* in *vera*, *rogandi* in *rogando* mutavi, ita ut sensus esset: Nec rogando invenire potest amator quae sit facies, nec quae sint vera ex sua puella inter tam multa falsa. Cf. Ov. Rem..343 seqq.:

> Auferimur cultu: gemmis auroque teguntur
> Omnia: pars minima est ipsa puella sui.
> Saepe ubi sit quod ames inter tam multa requiras.

Alia ratio meae lectionis existat, si *facies* pro facie falsa capiamus (*make-up*). cf. 1. 15. 6: Et longa faciem quarere desidia.

14. 33. *feres* N. *leonum* N.

15. 3. *praetexti* N. *amicus* N. *praetextae: amictu* H, vulgo. Scripsi ut N (nisi quod *amictus* pro *amicus*): *sublatus* pro *velatus* malim. Sensus est: 'Postquam pudor puerilis quem secum praetextus amictus ferebat toga virili velatus est.' Ita iam alii. Vulgata nullum sensum praebet. *ablatus* Heinsius. *elatus* alii.

15. 7. *aut* N, *haud* H, vulgo. Si *aut* servandum, *multo* in *paullo* mutare necesse erit. Punctum in fine versus sustuli. Structura mihi videtur hyperbaton esse satis durum: 'Tertius ducitur annus cum vix decem verba nobis coisse memini.'

15. 11, 12. In libris post 44 leguntur. Transpositio certissima ab editoribus antiquis facta a recentibus neglecta est. Cf. 3. 19. 9, *seqq*.

15. 13. *Nova elegia* N.

15. 12. *ire* N. 15. 16. *inmittens* N.

15. 23. *est* N. 15. 24. *victa* N.

15. 29. *vaga* N, *vago* H, vulgo. 15. 32. *tabulis* N.

15. 34. *sub adverso—Notho* N. *ubi* Lachmannus. *in adversos Notos* H cum plurimis libris.

15. 35. *sic* N, recte. *sic* diverso sensu in 35 et 36 positum est. h. l. significat 'cum haec fiunt' (*in such a case*) ut saepius apud Propertium. *si* H, multi libri.

15. 40. *Vixerunt* N, solito errore.

15. 43. *Parta N. Zethi* N, H. *Zetho* Beroaldus, alii. 16. 2. Post *Tibure* interpungit H.

16. 4. *nympha* N, et ita saepissime.

16. 7. *distulero haec* N. *haec distulero* H vulgo.

16. 9. *portus* N. 16. 12. *scilicet* N. 16. 14. *deo* N.

16. 23. *huc* libri. *haec* Guietus. 16. 25. *Nec* N.

16. 29. *humeri* N. *humer* multi libri. *cumulis* N. *humet—cumulus* H, multi libri. Dedi et *humer* et *cumulus*, pulcherrimo sensu.

17. 12. *animo* N. *animum* H vulgo. *utroque modo* N. *utrinque meum* Itali, H, debili sane sensu. *utroque toro* ed. Cf. 1. 14. 19-21: de Venere:

Illa neque Arabium metuit transcendere limen,
  Nec timet ostrino Tulle subire *toro*:
Et miserum toto iuvenem *versare* cubili.

et 2. 17. 3, 4:

Horum ego sum vates quotiens desertus amaras
  Explevi noctes fractus *utroqve toro.*

17. 17. *numen* N.

17. 27. *Naxon*, N, H. *Diam* ed. *Naxon,* sequente *Naxia,* non credo Propertium scripturum fuisse

cum *Diam* scribere liceret. *Naxon* glossa ad *Diam* fuit. Olim *Diam—saxis* conieceram.

17. 30. *cingit* N.

17. 35. *Cibele* N. *Cybele* H. 17. 36. *Fundet* N.

18. 1. *Ludit* N. *alludit* Lambinus, alii.

18. 2. *Humida* libri. Corr. Scaliger.

18. 5. *dexter* N. 18. 19. *supra* N.

18. 21. *hoc* N (scil. *erunt* vel *manet*), *huc* H, vulgo.

18. 24. *troci* N.

18. 25. *conda* N. 18. 28. *aut* N, H. *haut* alii.

18. 31. *traicis* N, H. Secunda persona debetur scribae qui non vidit *tibi* et *nauta* ad diversos, hoc ad Charontem illud ad Marcellum pertinere.

18. 32. *Huc* N. *Hoc* Lachmannus. *Hac* Guietus. *portent* N, H. *portet* ed., alii. *tuae* N, H. *suae* ed., alii. 19. 16. *novem* N.

19. 19. *clitaemestrae* N. *Clytaemnestram* Guietus.

19. 20. *sta* N. 19. 21. *Tuque* N. *Teque* Guietus.

20. 4. *Tantisne in lacrimis* N. optime corr. Paldamus et Hertzbergius. *Tantine ut lacrimes* Heinsius.

20. 5. *verba* N, H. *vera* Lachmannus, sine iusta causa. 20. 7. *Ast* N.

20. 10. *toros* N, H, vulgo. *sinus* codd. nonnulli.

20. 11, 12 = 13, 14. Haec disticha ita mutato ordine scribi iussit Scaliger.

20. 11. *date* N, *data* H. *da* scripsi. Puto Propertiam lunam adloqui, et *te* per διττογραφίαν ante *tempora* geminatum fuisse. *noctis* libri. *nocti* ed.

20. 12. *polo* coni. Heinsius. fortasse recte.

20. 17. *constringit* N.

20. 21. *vincetur* N.

20. 22. *vigila* N. *vigilanda* vulgo. *violanda* H, cum Perreiano.

20. 23. *nox* N, H. 21. 3. *spectandi* N.

21. 7. *amittit* N. *negarit* N. *negavit* G, fortasse rectius, H.

21. 8. *amica* libri. *amicta* Scaliger.

21. 11. *aequore* N.

21. 21. *sufferre* N, quod retineo. *sufferte* H, vulgo. *properate* N (sic) : *properare* ed. *pedes* pro nom. sing. habeo, *laborem* a *laborare* duco. *laboro* tamen fortasse verius.

21. 23. *me litora* N, H. *mea lintea* G fortasse recte.

21. 25. *studiis* libri. *stadiis* Broukhusius ; *spatiis* idem.

21. 28. *Librorumque*, N, H vulgo. *Libaboque* L. Muellerus, quod multis placebit. *Gustabo* tamen credo Propertium dicturum fuisse. *docte* N, H, quod quum post *docte* in 26 offendat, nec Menandro conveniat, L. Muellerus non inscite in *scite* mutavit. Fortasse magis arridebit *munde* quod olim excidere potuit ante *Menandre*. *mundum* Propertius *Menandrum* appellat 4. 5. 43.

22. 3. *Dindymus* N. *inventa* N. Palmarem Hauptii emendationem recepi *e vite*, quae si non vera, vera esse debet. Cf. Apoll. Rhod. 1. 1117, seqq.

ἔσκε δέ τι στιβαρὸν στύπος ἀμπέλου ἔντροφον ὕλῃ
πρόχνυ γεράνδρυον. τὸ μὲν ἔκταμον ὄφρα πέλοιτο
δαίμονος οὐρείης ἱερὸν βρέτας· ἔξεσε δ' Ἄργος
εὐκόσμως καὶ δή μιν ἐπ' ὀκρυόεντι κολωνῷ
ἵδρυσαν * * *
Μητέρα Δινδυμίην πολυπότνιαν ἀγκαλέοντες.

Add. Strab. 12. 8. 11, ab Hertzbergio laudatum. Quod si *Dindymus* servemus insigni coniecturae obsit asyndeton, ut taceam Hertzbergii cavillationem Latinos *Dindymum* vel *Dindyma*, non *Dindymus* dixisse. Reponamus ergo *Dindymis* vel *Dindymia*. Cyzicus olim *Dindymis* dicta est, teste Plinio N. H. 5. 40: hic, credo, Cybele ipsa Dindymis audit.

22. 6. *Et* N *Nec* vulgo.

22. 9. *Girionis* N, *Geryoni* H.

22. 15. Versus corruptus. *Et si qua origae* N. *Et si qua Ortygiae* H., cum Lachmanno, qui I. Vossii emendationem *Ortygii* in *Ortygiae* mutavit. Ephesus antiquo nomine Ortygia dicta est. Cf. Plin. 5. 31. *Et si quadrigae* Scaliger, per *quadrigam Caystri* intelligens quattuor urbes Ephesum, Smyrnam, Colophonem, Miletum. *Si quave olorigeri* marg. Ald., Ed. Ven. 1500. Olor enim Caystrius ales. Cf. Claudian. Ep. 2. 12: Cycnus oloriferi vexit ab amne Padi. *Et qua Gygaei* edd. vett. e coni. Volsci. *cygnaei* Lipsius. Fort. 'Etsi cui (quoi) *rigui*' cuius ultima syllaba *ui* cum ante *ui* in *ui*senda excidisset, relliquias vocis *rig* in *origae* exaedificavit librarius. *visenda* propriam vim iam sumit: 'digna quae visatur.'

22. 23. *tirburne* N, *flues* N.

22. 25. *Albanus locus et* N. *abunda* N. (*ab* ex 23 repetitum mihi videtur). *Albanusque lacus* P. *et unda* H. recte opinor.

22. 26. *nympha* N. 22. 27. *nunc* N.

22. 28. *fuit una* N. *fluit unda* Perreianus. *furit* Passeratius. 22. 36. *bovi* N.

22. 37. *Arboreasque* libri, *Arboreasve* ed. *senis* N pr. *cinis* N sec.

23. 11. *fuerint* N, *fuerant* H vulgo.

23. 14. *bona* N. corr. Heinsius, alii.

23. 15. *dixi* N. *dixti* cod. Reg. Heins. *cessavimus* N.

23. 17. *dolens* N. corr. Broukhusius.

23. 18. *ducitur* N, *dicitur* Lachmannus e Groningano. Sed *ducitur* bene se habet: de convivio haec dicta puta, ubi quae aperte loqui non possunt, Propertius et puella in tabellis scribunt quas inter se mutant ceteros convivas fallentes: hinc illud *dolis*, ab Italis in *iocis* mutatum.

23. 20. *diras* N, *duras* H vulgo.

23. 22, *signa* N. corr. Beroaldus.

24. 2. *meis* N, H. *tuis* Burmannus.

24. 10. *Fluere* N.

24. 12. *verba* N, H. *vera* Passeratius et Livineius. 24. 19. *si qua deo est* N.

24. 20. *Exciderant* N, H.

25. 5. *captus* N, H. *cautus* ed. (1873.) ('proof against.') Cf. Luc. Phars. 4. 409; cautus ab incursu belli. Ov. Rem. 689: Neve puellarum lacrimis moveare caveto.

25. 7. *vinĉ* N. *vincit* H. *vincet*, alii.

25. 13. *capias* N.

LIBER IV.

4. 11. *quam* N, *qua* H, vulgo. Sensus est: 'Roma quanta est' 'Rome in all its vast extent.'

1. 4. *concubuere* N, H. *procubuere* P.

1. 9. *quod* N. 1. 21. *Vestra* N.

1. 31. *feri* pro *viri* reponendum videtur. Cf. 2. 6. 24, ubi *feri* pro *viri* in N scriptum est. *Soloni*

N. Vide adnotationem Hertzbergii, et confer R. Ellisium in Academ. Feb. 1873; *Soloni* hic mavult.

1. 33. *violae* N. Sustuli interpunctionem Hertzbergii quae verae sententiae obest.

1. 36. *ubi* N, H. *tibi* codex Heinsianus, fortasse vere. *isse* N, *ire* H cum Groningano. *vias* libri omnes. *longa* pro *longe* edidit L. Muellerus fortasse recte. 1. 38 *putet* N.

1. 40. *Heu* N. fortasse *Huc*. *O*, H. *puppis* libri, quod vix sanum duco. Nam primum rectius dicitur *puppe vehi* quam *puppem vehi*: Propertius ratem vehi nusquam dixit. Cave tu ne in 3. 21. 19, *vectus* cum *phaselus* coniungas. Tum *illam* in 41, si ad puppem referamus omni elegantia caret. Credo aut *pubis* aut *Pallas* legendum esse. *Pubis*, formam raram, sed non inauditam, pro *pubes* grammatici agnoscunt. Cf. 'Dardana pubes' Verg. Aen. 7. 218. Hanc coniecturam iam ante me proposuerat Auct. Elect. Eton. Maior. improbaverat Burmannus. Quid si *Pallas* reponamus? Cf. 4. 4. 45. Ov. Trist. 3. 1. 29. Obscura de imagine Palladis Romam advecta tradita sunt. Cf. Comm. Ov. Fast. 6. 421, seqq.

1. 57. *coner* N, *conor* vulgo. 1. 61. *gingat* N.

1. 65. *quisquis cernit* N. *si quis cernet* H vulgo.

1. 71. *vage* N. *fata* N. vulgo edunt: *Quo ruis imprudens vage dicere facta Properti?* Sed *quo ruis* per se saepe usurpatum nihil eget infinitivo prolativo *dicere*, et ineptum foret magum rogare quo rueret Propertius, si sciret: tum duo vocativi *imprudens* et *vage* vix tolerandi. Scripsi quod ante me Livineium coniecisse reperio nisi quod *facta* ille

cum Groningano pro *fata*. Habes *Quo ruis* Ov. Her. 16. 121: Liv. 318. Cf. Pers. Sat. 5. 143. *quo* deinde insane *ruis*, quo? Ov. Her. 13. 130. *quo ruitis?*

l. 72. *a* N, *ah* H. Pro praepositione non exclamatione habeo.

l. 73. *Accersis lacrimas* N. *Aversis Charisin* H e coni. Heins. Sed vulgatam lectionem *Aversis lacrimis* sanam esse credo. *Lacrimas* apud Propertium interdum nihil aliud significare quam carmina triste quid vel grave habentia videbis si diligentius perpendes hosce locos: infra 120: incipe tu *lacrimis* aequus adesse novis. 1. 3. 46: illa fuit *lacrimis* ultima cura meis. 1. 6. 24 *lacrimis* omnia nota meis. Et sic amat Propertius verbo uti *flere* (canere versu lugubri): 1. 9. 10, Amphioniae moenia *flere* lyrae. 3. 3. 42. nil tibi sit rauco praeconia classica cornu *Flere* (non *flare*). Iamne igitur vides *aversis lacrimis* servandum esse, et idem significare atque 'aversis Musis quae tristi carmini praesunt'? olim conieci: *Accensis lacrimas chartis*.

l. 75. *aut* N, H. *haut* al.

l. 77. *Orops* N, *Horos* H, N ma. sec.

l. 78. *Horon* N, *Horos* H. nihil in optimo libro mutandum vidit Lachmannus. Quid enim dicit astrologus? 'Me, nempe Horon, procreavit Orops: avus fuit Archytas: proavus Conon.'

l. 79. *Dic* N.

l. 81. Ita interpungi iubet R. Y. Tyrrellus, in Hermathena, vol. ii. 'Signa obliquae rotae' sunt signa zodiaca iterata a sole.

l. 85. *moveant* N, H. *moneant* Hamburgensis.

l. 86. *qui* N.

l. 98. Pro *vera* malim *sera*. Cf. 'sero rata' 51 supra. *Sera, sed* quam saepe occurrit novimus.

l. 107. *verusque* N. *versusque* H.

l. 101. *facite votum* N. *votum facite* alii codd.

l. 106. *Umbrane quae* N. *Umbra neque a* H cum Perreiano.

l. 125. *asis* N. *Asis* H, qui demonstrare conatus est *Asim* fuisse montis iugum imminens oppidis Asisio et Hispello. *Asisi* Lachmannus ed. 1. Sed Hertzbergius primam syllabam *Asisii* longam fuisse confirmat. Aut *Asis* aut *arcis* verum esse credo. *Arcis*, Heinsii coniectura, videtur firmari ab 65 supra: *Asis* tamen cum Hertzbergio reliqui, ne contra libros in re incerta peccarem.

l. 133. *tibi* om. N. l. 140. *Eludit* N.

l. 141. *confixum* N. *discusserit* N.

l. 142. *nostro te premat ausa tuo* N.

l. 144. *nunc* N. l. 146. *prima* N.

l. 149. *cavo* N, H vulgo. *cavom* ed. *cavum* Perreianus. 2. 3. *et* om. N, H.

2. 4. *Volsanios* N. *Volsinios* H. *Volsunios* L. Muellerus.

2. 5. *mea* N. 2. 11. *vertentes* N.

2. 12. *credidit* N. 2. 21. *Oportuna* N.

2. 31. *achei* N. 2. 34. *Favor* N.

2. 35. *elus* N. 2. 37. *Supperat* N.

2. 39. *curare* N, H. *curvare* Passeratius e suo libro. Putidum est illud Ayrmanni *Pastor me*. *Pastorem curvare* optime dictum est et significat 'curvum pastorem agere,' plane ut 'saltare Cyclopa' est 'saltantem Cyclopa agere.' 2. 44. *vinco* N.

2. 58. *creta* N, quod retinendum erat. *meta* G, H. Sed cf. Plin. 8. 42. 65: 'peracto legitimo cursu ad cretam stetere.' Creta, qua meta signabatur, pro meta ipsa stat.

2. 59. *stipis* N. 3. 1. *Haec* om. N.

3. 7. *Bactra per ortus* om. N. iteratos: a sole scil. cf. 1. 81, supra. Ov. Fast. 6. 199: Phoebusque iteraverit ortus. 3. 5. *Et* N, *Aut* H vulgo.

3. 8. *munitus hericus* N. *Neuricus* Iacobus.

3. 10. *discolor* N. Olim temptabam:

Vastus et Eoae discolor Indus aquae

ita ut Indus, omnium fluminum maximus, ut ait Cicero, intelligeretur rapido cursu in mare fluens et colorem diversum fluctibus secum inferens. Et ita interpretabar illud Catulli, 11. 7.

Sive qua septemgeminus colorat Aequora Nilus.

Sed si *discolor* in *decolor* mutemus nihil ultra mutandum videtur. *Ustus* puto, idem est ac *perustus*: *Eoa aqua* significat ad *aquam Eoam*, et *Indus* gentile nomen est. Disputavit de hoc loco H. A. I. Munro (Journal of Philology, vol. vi., p. 63).

3. 11. *parce avia noctes* N, vitiose. *pactae mihi noctes* G. *pactae sunt mihi* codd. aliquot et H. Sed Perusinus omnes vincit *iam* servans, quod in libris post *ae* ante *m* excidit. *Tum* coni. R. Shilleto. *pactae et mihi gaudia noctis* L. Muellerus.

3. 19. *quae* N. 3. 23. *dum* N.

3. 34. *gladios* N. 3. 36. *Quod* N. *equs* N.

3. 37. *Cogor* N. *Conor* Broukhusius, H.

3. 48. *Africus* libri (*Affricus* N), *Aprico* H, e sua coniectura, falsa lectione *aprico* 4. 10. 18 fretus.

Apricum frigus vereor ne sit oxymoron sensu cassum. Iste enim adiectivus semper ni fallor solis clarorem cum calore significabat. *Africus* non mutavi: apud Ovidium enim Met. 1. 120, '*ventis* glacies adstricta' dicitur, et *Africus* pro vento quolibet posuisse Propertium non incredibile est. Quid quod Auster frigidus appellatur, 2. 26. 36? Quod si coniectura locum sanare vellem, scriberem *Adstrictam*. Cf. Ov. l. c.; Trist. 2. 196. *Adstrictas glacie*, Eldikius. *Pater* tum esset flumen vel Tanais vel Danubius; ita enim fluvios magnos appellabant cum Graeci, tum Latini.

3. 51. *te* N. Excidisse veram vocem credo. *nova* scripsi. cf. Ov. Fast. 1. 81: nova purpura fulget. *tibi* H vulgo. *et* recte se haberet: etiam *ter*.

3. 52. *meas* N, ab H. cum codd. plerisque pessime in *tuas* mutatum.

3. 54. *laros* N.

3. 55. *Grancidos* N. Corr. Scaliger.

3. 61. *ornis* N. 3. 62. *Succincteque* N.

3. 64. *carbasa lina* libri. *carbasa picta* scripsit Propertius aut ego fallor. *lina* glossa fuit. Carbasa lina non magis dicebant Romani quam nos 'flaxen linen.' Et sententia vocem flagitat quae pretium vestis ducis barbari in maius extollat.

4. 1. *tarpelae* N. 4. 12. *foco* N.

4. 17. *una* libri, *urna* Lachmannus ed. 1, quam ineptissimam coniecturam Hertzbergium recepisse et palmarem vocavisse miror.

4. 32. *famosa* N.

4. 34. *esse* N., *conspicer* enim passive accipiebat

scriba. *arma* H, libri plurimi: sed *ora* quod aliquot libri exbibent excidere potuit post *-er*.

4. 37. *reponet* N, *reportet* H, libri nonnulli.

4. 42. *Cui* L. Muellerus, fortasse recte.

4. 47. *pugnabitur* N, H. Contra libros scripsi *cessabitur*, temere, ut credo, a scribis in *pugnabitur* mutatum. Nam primum *tota in urbe pugnari* per se absurdum est. Qui, quaeso, pugnaturi sunt? Sabini et Romani. At Sabini extra muros sunt, nondum *in urbe*. Tum *tota* ineptum est. Rumor ait pugnam fore *tota in urbe*, per omnes vicos! Quis unquam de tali pugna audivit? Tertium argumentum est quod cum advenerit crastinus dies de quo Tarpeia Tatium admonet, nihil de pugna iam audimus, 73 seqq., sed de festo die, cum Romulus excubias decrevit in otia solvi, tempore insidiatoribus opportunissimo. Necessarium videtur amovere illud *pugnabitur*. Si quis habeat verbum propius ad libros accedens quam *cessabitur*, nobis non invideat: aptius ad sententiam quam locus postulat non reperietur.

4. 51. *magine* N. *magnae* (vocativo) ed. *magicae* vulgo.

4. 55. Ita N. Signum interrogandi quod posui ad fin. v. omnia plana facit. *Sic* est ἐπὶ τοῖσδε, ut saepe apud Propertium. *patriaeve* H.

4. 59, 60. *solvere: nuptae, Vos* cet. Ita H vulgo, cum libris. Optime et facillime locum sanavit Madvigius. ‘Ego, si Tatio nubam, commissas acies solvere possum; vos (Romani et Sabini *scil.*), nostro coniugio foedus inite.’

4. 68. *nefariis* libri, *se furiis* Passeratius et Livi-

neius. *vae furiis* Iacobus, 'quem qui secuti sunt debebant prius quaerere num Prop. uteretur interiectione ista' (L. Muellerus). 4. 74. *caepi* N.

4. 78. *inmundas dapes* libri. Corr. omnes.

4. 88. Mutavi interpunctionem Hertzbergii, qui versum ita distinguit: Nubendique petit, quem velit ipsa, diem. Ego puto *ipsa* cum *petit* non cum velit iungendum esse. Tarpeia ultro, haud ut decet virginem verecundam, diem nubendi Tatio petit. fortasse malit aliquis *cui* velit. *ipsa* libri *ipse* edd. plurimi.

4. 93. *Tarpeio* N, H. Sed Tarpeius, pater Tarpeiae, nullas partes in hoc carmine agit. Nec mihi quidem verisimile videtur *Tarpeia;* nam si *Tarpeia* primo fuerit, cur in *Tarpeio* mutatum sit non video. Credo aut *Tarpeius* aut *Tarpeium* fuisse.

4. 94. Ita N (non *iniuste*). *virgo* coni. Guietus.

5. 13. *cantarae* N. (*t* et *r* in archetypo confusa erant). 5. 15. *et* N. *ut* codd. nonnulli.

5. 19. Locum corruptum ut N exhibet dedi. Pro *perure* fortasse *terebrat* scribendum. Cf. Plaut. Bacch. 5. 2. 83. BA. Sine te *exorem*. NI. Ut *terebrat*. Pro *verbis*, *Veneris* malim. *perurat* multi codd., H; *pererrat* Iacobus.

5. 20. ita N, libri plurimi. *terat* H. fortasse *forat*. *culpa* libri. *lympha* Itali, H. fortasse *talpa*.

Exorabat opus Veneris ceu blanda terebrat
Saxosamque forat sedula talpa viam.

Talpam Apenninam fossiones locis magis saxosis quam nostratem fecisse credibile est. Quod si *talpa* fomidolosior videatur, *gutta* omnino reponendum est.

5. 21. Ita N, H. Locus corruptissimus. Turnebus, Scaliger, Iacobus et Paleius nomen proprium amicae pro *Dorozantum* dederunt, *Doroxanium*, *Dorixanium*, vel *Doryxenium*. Plurimi genitivum pluralem gentis alicuius Eoae duxere, sed inter eorum coniecturas nulla ita excellit ut in textum recipiendam ducam. Ego credo nomen fluminis alicuius latere. Perusinus exhibet *Dorizantum* et Ptolemaeus fluminis Doriae (Δορίου) mentionem fecit, quod flumen prope regionem auream Indiae extra Gangem sitae in mare Eoum fluit. Prop. formam *Dorius* usurpasse non incredibile est. Quid pro *zantum* reponendum valde incertum. Paene adducor ut Graecum verbum semel Propertio donem, et versum ita rescribam:

Se te Eoa Dori, ΖΩΗ, iuvat aurea ripa.

Cf. Juv. Sat. 6. 195. Temptaveram, quod fortasse ridebis:

Si te Eoum ad horizontem iuvat aurea ripa.

5. 28. *Frangent* N.

5. 29. Qui hunc versum correxerunt aut non legerunt notam Hertzbergii, aut parum legendo profecere. *simulare* absolute positum est pro simulatione: et *virum pretium facit* dictum est ut illud *pretium fecere deos* supra 41. 81. 5. 34. *similes* N.

5. 35. *åmicle* N. *Omicle* vel *Omichle* rescribere oportebat. (ὀμίχλη). *Amycle* vulgo.

5. 36. *malis* N. 5. 44. *getes* N. 5. 50. *acra* N.

5. 47. *dantis—pulsat* Pomp. Inscr.

5. 52. *Celati* N. *Cretati* Passeratius. *Caelati* H, quod ille interpretatur de barbaris corpus acu vel caelo punctis (*tattooed*) non ut alii de servis stigmaticis.

5. 58. *Ipsius* N. *aere* N, H. *arte* codd. nonnulli.

5. 61. *odorati-Paesti* libri. corr. Postgatius, *victura* a *vinco* non *vivo* recte, ut puto, derivans.

5. 63. *animus* N. *animum* al. *animos* al.

5. 64. *Per tennes ossa sunt numerata cutes* libri omnes. *Per tenues ossa has* H. *Per tenuem ossa suam sunt numerata cutem* ed. *suā* post *sa* ante *su* excidit. Cf. Ov. Trist. 4. 642: Vixque habeo tenuem quae tegat ossa cutem. Versum spurium duxerunt multi editores.

5. 70. *percula* N. *curva* N.

5. 72. *pallia* N. 5. 74. *caltra* N.

5. 77. *caedito* N, H. *caedite* Livineius. Quam saepe librarii nos secum errare cogerent, ni causam erroris plerumque facile esset dispicere! *Caedito* h. l. a *quisquis* postulatum putabant.

5. 78. *addite* N. *adiice* Itali.

6. 3. *phillipeis* N. 6. 8. *modis* Itali.

6. 22. *feminea* N. *femineae* Marklandus. *feminea* --*acta* multi codd. 6. 25. *nervis* N.

6. 28. *unda* N. Corr. Volscus. *ante* Broukhusius, perbene. 6. 34. *Egissetque* N.

6. 36. *lyrae* H cum libris, a. v. 36 desumptum. *viri* ed. Excidit *uiri* post *uere*. Imbelles homines, modo creati et telorum usus adhuc expertes, monstrum horrendum Pythona quale numquam adhuc viderant timuere. Cf. Ov. Met. 1. 438 *sqq:*

> Illa quidem nollet sed te quoque, maxime Python,
> Tum genuit; *populisque novis, incognite serpens,*
> *Terror eras:* tantum spatii de monte tenebas.
> Hunc deus arcitenens, et numquam talibus armis
> Ante, nisi in damis capreisque fugacibus usus
> Perdidit.

Malit aliquis fortasse *ferae*. Ovidius capreas *imbelles* dicit Fast. 5. 372.

6. 45. *prope* libri. Corr. Scaliger.

6. 49. *centaurica* libri H. *Centauros* recte Guietus.

6. 59. *italio* N.

6. 60. *est* N, *et* multi libri. *en* Burmannus.

6. 63. *nacta* Paleius. Sed tum *mori* vel *morituram* postulabatur.

6. 72. *Blanditiaeque* N. *Blanditaeque* Scaliger. Fortasse *Albentesque*. Albae rosae candidatis convivis conveniunt.

6. 74. *Perque* N.

6. 75. *positis* N. 6. 81. *aliquis* N. *aliquid* Itali.

7. 5. *amoris* N, H vulgo. *amaris* P. *amarus* ed. Cf. 2. 19. 6: Nec tibi clamatae somnus amarus erit. 2. 17. 3: Horum ego sum vates quotiens desertus amaras Explevi noctes. Ov. Her. 12. 169; noctes vigilantur amarae.

7. 7. *Hosdem* N.

7. 9. *beryllos* N.

7. 10. Margo in N abrosa est.

7. 15. *exciderant* N.

7. 19. *commixta* N.

7. 36. *pallia* N.

7. 37. *Aut* N. *Et* H, vulgo. *salinas* N.

7. 48. *Ardent e* N. *Ardente e* H. vulgo. *Ardentem* vel *Candentem* ed. *Audax e* emend. Perreianus.

7. 57, 58. *vehit* libri *ratis* ed. Nam certe undeunde *ratis* quae Clytaemestram et Pasiphaen vehat

quaerenda est. Confer 2. 28. 39: Una ratis fati nostros portabit amores Caerula ad infernos velificata lacus. Si malis reddere *ratis* pentametro, eiecto *bovis* ut glossa, servato *vehit* in 57 non repugnem.

7. 59. *parta* N, P. *vecta* H vulgo. fort. *rapta*. *parta* enim est *pta*, et *ra* praecedit.

7. 61. *qua quaerar ut unda Cybeles* N.

7. 65. *summa aeternis* N.

7. 72. *Chloridos* N, *Doridos* H cum libris aliis.

7. 44. *potuit* N.

7. 77. om. N. Ita H, nihil adnotaveram: et hic fatendum est me Hertzbergio nimium fidentem hunc codicem festinantius contulisse.

7. 78. *me sine* Baehrensius Misc. Crit. p. 106.

7. 80. *molli* N.

7. 85. *Sed tiburna iacet hic* N. *Hic sita Tiburna* ed. *Tiburtina iacet hac* H. *Hic Tiburtina* Burmannus, edd. vett. Formam *Tiburnus* usurpat Prop. 3. 22. 23. Cf. Ov. Met. 2. 327: Hic situs est Phaethon.

7. 95. *pergit* N.

8. 8. *una* N.

8. 15. *ab annis* N.

8. 23. *Siriganam tacto* N. *nepoti* N.

8. 24. *malosa* N.

8. 28. *multato voluit* N.

8. 33. *venire* N.

8. 37. *utrique* N. Corr. Scaliger.

8. 36. *concubitus* libri, non sine nequitia. *discubitus* ed.

8. 39. Ita N. *Nilotes* Scaliger. Num: *Teia, tu tibicina eras.*

8. 41. *Magnus* in N fuit: sed abrosa est marg.

8. 45. *secundo* N, *secundos* H vulgo; *secundam* ed. fortasse alii.

8. 54. *Palluerant* N.

8. 58. *aquas* N, H. *anus* Perreianus. *aquas* a falsa lectione *ignes* pro *ungues* in 57 ortum fortasse erat.

8. 60. *nocte* libri H. *voce* Passeratius, alii. Vox insana Cynthiae iratae commemoratur 3. 8. 2.

8. 68. *fusca* N. 8. 6. 9.

8. 69. *protractus* N. *prostratus* Itali, nescio an recte.

8. 72. *Cui* codd. aliquot fortasse recte.

8. 78. *Sudet* N. Corr. Palmerius.

8. 81. *legem* N. *leges* H, vulgo.

8. 84. *Sufficat pura* N.

8. 85. *lucernas* N.

8. 88. *Respondi* N. *Despondi* H. cum Perreiano. *Et sponda* Heinsius. Crediderim aut *Ascendi* aut si *ἁπὰξ εἰρημένον* admittimus *Rescendi* legendum esse. Cf. 2. 4. 90: scande cubile. Ov. Fast. 2. 346: Adscendit, spondaque sibi propiore recumbit.

9. 3. *et ad victos* N. *ad vestros* ed. facili emendatione. *Palatia* vocativus est. *ad eductos* Lachmannus, H. *et adductos* G.

9. 5. *quoque* N. *quaque* H, vulgo.

9. 8. *Incolumis* N.

9. *Insula* N.

9. 10. *sonos* N quod cur in *focos* cum codd. inter-

polatis mutatum sit ab Hertzbergio aliisque equidem non video. *Dare sonos* saepe apud poetas invenias: *dare focos* sensu caret.

9. 21. *torquet* N. *torret* al. codd.

9. 22. *non nullas* N. *ministret* N.

9. 24. *ab* N, H. *ubi* Heinsius.

9. 31. *congesta* N, *congesto* H, vulgo. Sed cf. *horrida pulvis* 2. 13. 35.

9. 34. *vana* N.

9. 32. *minore* N.

9. 38. *suscepta* N.

9. 40. *aduatas* N, *ad natas* H multi codd. *vastas* multi codd. *nocuas* Santenius.

9. 42. Lacunam unius versus Burmannus aliique hic indicaverunt, verum versum periisse credentes, et librarios supplevisse lacunam ex. v. 66. Mihi tamen versum non totum periisse sed alteram partem solam fidem facit Neapolitanus, qui non habet *Accipit haec* verum *Accipit et.* Credo Propertium scripsisse: Accipite et fesso *flumina grata date* vel simile quid, et simile initium versus 66 fraudi fuisse librario, postquam oculos a pagina casu removisset.

9. 43. *Quod* si N, H vulgo. *Quid si* Heinsius. Notissima est formula in tali re *quid si* cum imperfecto subiunctivi, saepe in *quod si* apud nostrum a librariis mutata ut scribit Burmannus.

9. 45. *aliquem* N, *aliquam* H.

9. 57. *Magnam* N, H libri plurimi. *Magno* Passeratius Lipsius Dousa pater et omnes credo editores et ante et post Hertzbergium.

9. 60. *fuit* libri omnes. *fluit* Fruterius.

9. 70. *Hercule exterminium nescit* N. Num: (*Haec lex aeternum*).

10. 1. *fateri* N.

10. 6. *exuiuo* N. *exuvio* H, vulgo. *eximio* G alii. *exuviis* scripsi, nec formam *exuvium* ullam fuisse credo. *exuviis* Itali.

10. 8. *Victor nec versum* N.

10. 14. *rates* N.

10. 18. *aporco* N. *aprico* H, vulgo. *e parvo* L. Muellerus: *a parco* ed. Ut omittam *aprico* de caelo frigido apud antiquos inauditum esse num *Lar* quaeso tentorio militis convenit? Immo Lares et Penates Romae reliquerat. Sensum bene illustrat Horatius Carm. 12. 41:

Hunc et incomptis Curium capillis
Utilem bello tulit et Camillum
Saeva paupertas et avitus apto
Cum *Lare* fundus.

10. 20. *hirsuta—iuba* N. *hirsutis—iubis* H, alii.

10. 26. *capta* N. *terra* N.

10. 35. *forti* N. *fortis* Marklandus.

10. 36. *gradu* N.

10. 39. *A Rheno* libri H. *Eridanum* Guietus. *Eridano* ed. Cf. Liv. 21. 56. exercitus Pado traiectus.

10. 42. *erecti* N. *caesa* N.

10. 43. *iurgatis iaculantis ab agmina bracis* N. *ab agmine* H, alii. Corr. Schraderus.

10. 46. *Omine* libri H. *Neminis est* Perreianus. *Omnis* malim. Cf. 5. 8. 79.

10. 47. *haec* libri, *huc* Broukhusius.

11. 1. *Paule* N (ita passim).

11. 8. *herbosos* N, H. *umbrosos* codd. nonnulli. Locus corruptus est. *Rogos* credo a glossa *rogo* ad *subdita* in 3 ortum. *umbrosos lurida Parca locos* Marklandus: *umbrosas—domos* Hemsterhusius: mihi tamen illud *obserat* consideranti verisimilius videtur poetam scripsisse:

Obserat umbrosas lurida porta fores.

Cf. Liv. 1. 14: priusquam fores portarum obicerentur. Ib. 28. 6: qui fores portae obicerent.

11. 13. *Non* N.

14. *Et* N.

11. 14. *Et* N. *En* H, vulgo. *legatur* N, quod retinendum. *levatur* H, vulgo.

11. 17—76. Folium ex N periit.

11. 21 *Assideant fratres* libri. *Assideant, fratrem* ed. Assideant, Minos in sella iuxta fratrem Rhadamanthum posita, et Eumenides. *Fratrem* in *fratres* ut sunt *s* et *m* finales inter se mutabiles corruptum est. *et* in fine versus recte addunt Hamburgensis et Perusinus. *Minoia* Hb. P. recte. *Minoida* alii codd.

24. *corripiare* H libri. *corripere ore* Auratus et Heinsius. Hic confert 2. 17, 6: Vel tu *Tantalea* moveare ad flumina sorte Ut *liquor* arenti fallat ab *ore* sitim. Sic Claudianus a Burmanno laudatus, Rapt. Pros. 2, 336: Non aqua *Tantaleis* subducitur invida labris.

11. 30. *Aera* libri. *Afra* Scaliger. *regna* libri, *nostra* vel *una* ed: '*one set of brasses.*'

11. 31. *maternos exaequat* libri. *materni exaequatur* ed. *turba* appositionem numeri pluralis amat.

11. 34. *acceptas* H, libri, recte. Cf. Plaut. Most. 1. 3. 69. capiundos crines: ubi Festum laudat Weisius: senis crinibus nubentes ornantur, quod is ornatus vetustissimus fuit.

11. 39, 40. Egregie de hoc loco disputavit H. A. I. Munro in *Journal of Philology*, vol. vi. pp. 53–62.

Ille putat duos versus in archetypo excidisse post 38, hanc vel similem formam habentes:

Et qui contuderunt animos pugnacis Hiberi
Hannibalemque armis Antiochumque suis.

Tum in 40 Herculem, paternum proavum Macedoniae regum, ut gloriari solebant, agnoscit, et versum ita rescribit:

Quique tuas proavus fregit, *Averne*, domos.

Paene adducor ut admittam *Averne*. Sed vir doctissimus non negabit versum stare posse quo modo libri nonnulli exhibent. Sententia duorum versuum est: Testor Persen, et eum qui Persen vicit. Duo Propertii propria in 40 insunt: primum, quod ad vocativum poeta subito transit: alterum, quod ablativo suo more utitur, ut *Argoa columba* 3. 22. 13, *remis Latinis* 4. 6. 45 et passim. Hic verte: *in spite of thy descent from Achilles.*

11. 53. *cuius rasos* codd. melioris notae. *cui commissos* codd. recentiores.

11. 66. Interpunxi post *facto* cum edd. vett.

festo H. A. I. Munro, et ita Koppiersius. *fati* vel *fatist* etiam coni. idem Munro.

11. 70. *uncturis* aut *aucturis* libri. *malis* libri. *meis* Lachmannus.

11. 79. *quid* N. *erit* N.

11. 84. *tace* N.

11. 94. *valet ulla vias* N.

11. 97. *lubrigia* N. *sumptum* N.

11. 99. *me* libri, fort. *ne*.

11. 102. *aquis* N recte: cf. 3. 18. 31, 32. *equis* H cum aliis codd. *avis* (ad avos) Heinsius.

POSTSCRIPTUM.

Hoc libello tantum non absoluto in manus meas venit editio Baehrensii, opus sane magnum et omnibus Propertium posthac edituris pro fundamento operis habendum, modo sint vera quae proposuit ille de archetypo ex quattuor codicibus antehac haud ita magni aestimatis redintegrando. Optime hercle meritus est de Propertio vir doctissimus, qui antiquos codices A (Vossianum) F (Laurentianum) V (Vaticanum) D (Daventrianum) suo tandem honori reddiderit. Mihi tamen, etsi vel post longam deliberationem a Baehrensio de quaestionibus criticis dissentire periculosum est, propositum consecutus ille non videtur, cum ex istis codicibus solis archetypum constituere conatus Neapolitanum in secundum ordinem ut interpolatorum optimum redegit. Multos locos enim cum considero, ubi N quamvis corruptus vestigia verae lectionis unice servat e. gr. 3. 6. 22: 3, 15, 3: 2, 27, 7: 2, 23, 22: 3. 5. 6: quosdam ubi ipsa verba poetae non illa quidem faciliora intellectu neque e coniectura suppleta solus incorrupta tradidit: e. gr. 4. 4. 55, fortasse 2. 32. 22: cum recordor quot locis scriba certe non per doctrinam ullam ut Baehrensio videtur antiquam orthographiam solus exhibeat: cum reputo quanta de aetate Neapolitani inter peritos sit dissensio: etiam atque etiam mirandum subit

huius codicis rationem imprimis non habendam fuisse a Baehrensio archetypum Propertianum redintegraturo. Sed etiam si placita sua probaverit non est cur Neapolitani ducis poeniteat, qui mirum in modum congruat cum codicibus a Baehrensio maximi habitis.

Sed de hac editione liberius disserendi occasionem fortasse nanciscar. Quod de me subcontumeliose in praefatione ed. suae locutus est vir doctus, et critico et Baehrensio facile ignosco, nec par pari referre studeo.

Quae contra meam coniecturam *Iardanis* 3. 11. 18. cavillatur, nihili mihi videntur esse. Nam auctorem qui synizesin sibi permiserit in *eosdem*, *eodem*, similem sed longe faciliorem (licet in vocabulo Graeco), sibi licentiam non esse permissurum, cuiusvis est asseverare, nondum adducor ut credam.

At hic Baehrensio gratias ago quod mihi locum praebuerit lectiones quasdam, quas meo Marte recuperatas pro meis editurus eram, viris doctis restituendi qui ante me eadem proposuissent. Sexcenties enim hoc mihi accidit, ut emendationes meas praeoccupatas invenirem ab aliis, praesertim Germanis, quorum coniecturae nisi in editionibus Propertii laudatae difficillime ad nostram Thulen deveniunt.

Sed ut suum cuique reddam

1. 2. 9. *muscosa* coni. ante me Keilius.

2. 31. 5. *Hic Phoebus Bhoebo* quod in praef. Heroidum mense Septembri 1873 scripta proposueram, id coniecisse Hooeftium Peric. Crit. p. 38. nunc video.

3. 7. 46. *Nil ubi Caure potes* ante me et SANDSTROEMIUS et POSTGATIUS.

3. 21. 28. *munde* ante me 'alii.'

3. 24. 25. *cautus* quod in Hermathena 1873 conieceram placuisse HEIMRICHIO nunc video.

4. 5. 20. *forat* et *talpa* a me quinque abhinc annis reperta publici iuris ante me fecit ROSSBERGHIUS.

4. 5. 61. *odoratum—Paestum* quod Postgatio attribueram, SCHIPPERSIUS sibi vindicat.

4. 7. 5. *amarus* LIVINEIUM coniecisse nunc primum video.

4. 10. 18. *a parco* IACOBUS Phil. 2. 454.

Quod si praeter haec aliquid mihi iniuste adrogaverim invitus id feci.

Baehrensii editione pellecta tres quattuorve paginas novas imprimendas curavi, ne haec editio aliquot bonis lectionibus careret. Hae sunt:

1. 8. 19. *Utere.* Ita Baehrensius cum D. V.

1. 13. 24. *aethereis* C. Rossberghius.

2. 28. 29. *omnis Heroidas inter* Baehr. cum D. V.

2. 31. 5. Nunc admitto *Phoebus* cum Baehrensio id satisfecisse sciam.

3. 2. 16. *Nec* Baehrensius, quod paene ipse edideram.

Valde blandiuntur, et erant digna quae reciperentur:

2. 15. 26. Vellet uti (Baehrens.)

2. 16. 27. exclusis—nobis—Ayrmannus.)

3. 13. 9. clausas—maritas (Baehrens.)

ADDENDA.

Praef. p. 7. pro *discerpit* lege *discernit.*

1. 1. 12. Nunc dedi *cominus* expulso *videre* ut glossa. cf. 2. 15. 22.

1. 17. 26. *rati* pro *choro* reponendum. (*Noto* Baehrens. cum D. V.).

2. 4. 30. *limitis* reponendum videtur pro *litoris.* Cf. 4. 9. 60.

2. 7. 20. *nomine* pro *sanguine* Postgatus, fortasse vere.

2. 9. 12. *vadis* non mutavi. Nam nescio an et hic et 3. 11. 51 (vada flumina Nili, ubi vulgo corr. *vaga*) adiectivi loco isto vocabulo Propertius utatur. Nilus minores volvens vertices exiguus fluit. *Fluviis* 2. 9. 12. Postgato adiectivus videtur.

2. 15. 49. Fortasse: *Da modo dum licet et:* et in 48 *oscula.*

2. 18. 5. Fortasse: *Quid mea si canis aetas marceret et annis.* Certe *canis* per se capiendum est.

2. 18. 12. *Leg:* a*b*iunctos.

2. 22. 43. Pro *venito* fortasse *videri* vel *negare* reponendum.

2. 25. 25. *Prior* pro *prius* omnino scribere oportuit: auriga, modo prior, inter extremos saepe redit.

2. 28. 40. Latet aliquid. Fort. 'Caerula *in* inferno velificata lacu.'

2. 32. 9. *video* malim.

2. 34. 29. Fort. *Dircaei—plectri* vel *Erythraei—plectri.* (*Erythraei* Ellisius.)

2. 34. 34. Fortasse: *tenuis factus* (*magno* ex 30 desumptum videtur).

2. 34. 38. *Tristis* libri, *Tristia* Broukhusius, Heinsius. N exhibet *equos* quod L. Muellerus pro nominativo edidit.

3. 1. 27. *cum prole Scamandro* G. Wolffio non Hauptio attribuendum.

3. 5. 39. Fortasse: *sint iura deum tormentaque sontum*.

3. 8. 29. *Leg:* grata.

3. 9. 25. Fortasse: *orbes*.

3. 17. 36. *Leg: T*undet.

3. 17. 38. *Leg:* fundens.

3. 18. 34. Fortasse: Caesar *R*omanis cessit in astra *sua*.

3. 19. 17. Fort. *amarae* vel *amaram*.

4. 1. 150. *Leg:* time.'

4. 2. 52. Scribe *Ille* sibi constabit Propertius. Vid. ad 3. 13. 39.

4. 3. 53. Fort. *ad sacra*.

SEX. PROPERTII ELEGIARUM

LIBER PRIMUS.

I.

Cynthia prima suis miserum me cepit ocellis,
  Contactum nullis ante cupidinibus.
Tum mihi constantis deiecit lumina fastus
  Et caput impositis pressit Amor pedibus,
Donec me docuit castas odisse puellas
  Improbus, et nullo vivere consilio.
Et mihi iam toto furor hic non deficit anno,
  Cum tamen adversos cogor habere deos.
Milanion nullos fugiendo, Tulle, labores
  Saevitiam durae contudit Iasidos.
Nam modo Partheniis amens errabat in antris,
  Ibat et hirsutas *cominus* ille feras:
Ille etiam *Hylaei* percussus vulnere rami
  Saucius Arcadiis rupibus ingemuit.
Ergo velocem potuit domuisse puellam:
  Tantum in amore preces et benefacta valent!
In me tardus Amor non ullas cogitat artes,

Nec meminit notas, ut prius, ire vias.
At vos, deductae quibus est fallacia lunae
Et labor in magicis sacra piare focis,
En agedum dominae mentem convertite nostrae,
Et facite illa meo palleat ore magis.
Tunc ego crediderim vobis et sidera et amnes
Posse Cytaines ducere carminibus.
Et vos, qui sero lapsum revocatis, amici,
Quaerite non sani pectoris auxilia.
Fortiter et ferrum saevos patiemur et ignes,
Sit modo libertas, quae velit ira, loqui.
Ferte per extremas gentes, et ferte per undas,
Qua non ulla meum femina norit iter.
Vos remanete, quibus facili Deus annuit aure,
Sitis et in tuto semper amore pares.
In me nostra Venus noctes exercet amaras,
Et nullo vacuus tempore defit amor.
Hoc, moneo, vitate malum: sua quemque moretur
Cura, neque assueto mutet amore locum.
Quod si quis monitis tardas adverterit aures,
Heu referet quanto verba dolore mea!

II.

Quid iuvat ornato procedere, vita, capillo
Et tenues Coa veste movere sinus?
Aut quid Orontea crines perfundere murra
Teque peregrinis vendere muneribus?
Naturaeque decus mercato perdere cultu,
Nec sinere in propriis membra nitere bonis?
Crede mihi, non ulla tuaest medicina figurae:
Nudus Amor formae non amat artificem.

Aspice, quos summittat humus formosa colores:
Ut veniant hederae sponte sua melius,
Surgat et in solis formosius arbutus antris,
Et sciat indociles currere lympha vias.
Litora nativis persuadent picta lapillis,
Et volucres nulla dulcius arte canunt.
Non sic Leucippis succendit Castora Phoebe,
Pollucem cultu non Hilaira soror,
Non Idae et cupido quondam discordia Phoebo
Eveni patriis filia litoribus:
Nec Phrygium falso traxit candore maritum
Avecta externis Hippodamia rotis:
Sed facies aderat nullis obnoxia gemmis,
Qualis Apelleis est color in tabulis.
Non illis studium vulgo conquirere amantes:
Illis ampla satis forma pudicitia.
Non ego nunc vereor ne sim tibi vilior istis:
Uni si qua placet, culta puella sat est;
Cum tibi praesertim Phoebus sua carmina donet
Aoniamque libens Calliopea lyram,
Unica nec desit iucundis gratia verbis,
Omnia quaeque Venus, quaeque Minerva probat.
His tu semper eris nostrae gratissima vitae,
Taedia dum miserae sint tibi luxuriae.

III.

Qualis Thesea iacuit cedente carina
Languida desertis Gnosia litoribus,
Qualis et accubuit primo Cepheia somno
Libera iam duris cotibus Andromede,
Nec minus assiduis Edonis fessa choreis

Qualis in herboso concidit Apidano:
Talis visa mihi mollem spirare quietem
Cynthia non certis nixa caput manibus,
Ebria cum multo traherem vestigia Baccho,
Et quaterent sera nocte facem pueri.
Hanc ego, nondum etiam sensus deperditus omnes,
Molliter inpresso conor adire toro:
Et quamvis duplici correptum ardore iuberent
Hac Amor hac Liber, durus uterque deus,
Subiecto leviter positam temptare lacerto,
Osculaque admota sumere *r*ara manu,
Non tamen ausus eram dominae turbare quietem,
Expertae metuens iurgia saevitiae,
Sed sic intentis haerebam fixus ocellis,
Argus ut ignotis cornibus Inachidos.
Et modo solvebam nostra de fronte corollas
Ponebamque tuis, Cynthia, temporibus,
Et modo gaudebam lapsos formare capillos,
Nunc furtiva cavis poma dabam manibus,
Omniaque ingrato largibar munera somno,
Munera de prono saepe voluta sinu.
Et quotiens raro duxit suspiria motu,
Obstupui vano credulus auspicio,
Ne qua tibi insolitos portarent visa timores,
Neve quis invitam cogeret esse suam.
Donec diversas percurrens luna fenestras,
Luna moraturis sedula luminibus,
Compositos levibus radiis patefecit ocellos.
Sic ait, in molli fixa toro cubitum,
"Tandem te nostro referens iniuria lecto
Alterius *clau*sis expulit e foribus?

Namque ubi longa meae consumpsti tempora noctis,
  Languidus exactis, ei mihi, sideribus?
O utinam tales producas, inprobe, noctes,
  Me miseram quales semper habere iubes!
Nam modo purpureo fallebam stamine somnum,
  Rursus et Orpheae carmine, fessa, lyrae:
Interdum leviter mecum deserta querebar
  Externo longas saepe in amore moras,
Dum me iucundis lapsam sopor inpulit alis.
  Illa fuit lacrimis ultima cura meis."

IV.

Quid mihi tam multas laudando, Basse, puellas
  Mutatum domina cogis abire mea?
Quid me non pateris vitae quodcumque sequetur
  Hoc magis assueto ducere servitio?
Tu licet Antiopae formam Nycteïdos et tu
  Spartanae referas laudibus Hermionae,
Et quascumque tulit formosi temporis aetas:
  Cynthia non illas nomen habere sinat:
Nedum, si levibus fuerit collata figuris,
  Inferior duro iudice turpis eat.
Haec sed forma mei pars est extrema furoris:
  Sunt maiora, quibus, Basse, perire iuvat,
Ingenuus color et multis decus artibus et quae
  Gaudia sub tacita ducere veste libet:
Quo magis et nostros contendis solvere amores,
  Hoc magis accepta fallit uterque fide.
Non impune feres. sciet haec insana puella,
  Et tibi non tacitis vocibus hostis erit:
Nec tibi me *post* haec committet Cynthia, nec te
  Quaeret: erit tanti criminis illa memor,

Et te circum omnes alias irata puellas
  Differet: heu nullo limine carus eris.
Nullas illa suis contemnet fletibus aras,
  Et quicumque sacer, qualis, ubique, lapis.
Non ullo gravius temptatur Cynthia damno,
  Quam sibi cum rapto cessat amore deus,
Praecipue nostri. maneat sic semper, adoro,
  Nec quicquam ex illa quod querar inveniam.

V.

Invide, tu tandem voces compesce molestas,
  Et sine nos cursu, quo sumus, ire pares.
Quid tibi vis, insane? meos sentire furores?
  Infelix, properas ultima nosse mala,
Et miser ignotos vestigia ferre per ignes,
  Et bibere e tota toxica Thessalia.
Non est illa vagis similis conlata puellis:
  Molliter irasci non *v*olet illa tibi.
Quod si forte *t*uis non est contraria *v*otis,
  At tibi curarum milia quanta dabit!
Non tibi iam somnos, non illa relinquet ocellos:
  Illa feros animis alligat una viros.
Ah mea contemptus quotiens ad limina curres,
  Cum tibi singultu fortia verba cadent,
Et tremulus maestis orietur fletibus horror,
  Et timor informem ducet in ore notam,
Et quaecumque voles fugient tibi verba querenti,
  Nec poteris, qui sis aut ubi, nosse miser.
Tum grave servitium nostrae cogere puellae
  Discere, et exclusum quid sit abire domum:
Nec iam pallorem totiens mirabere nostrum,

Aut cur sim toto corpore nullus ego.
Nec tibi nobilitas poterit succurrere amanti:
Nescit Amor priscis cedere imaginibus.
Quod si parva tuae dederis vestigia culpae,
Quam cito de tanto nomine rumor eris!
Non ego tum potero solacia ferre roganti,
Cum mihi nulla mei sit medicina mali:
Sed pariter miseri socio cogemur amore
Alter in alterius mutua flere sinu.
Quare, quid possit mea Cynthia, desine, Galle,
Quaerere: non inpune illa rogata venit.

VI.

Non ego nunc Hadriae vereor mare noscere tecum,
Tulle, neque Aegaeo ducere vela salo,
Cum quo Rhipaeos possim conscendere montes,
Ulteriusque domos vadere Memnonias:
Sed me complexae remorantur verba puellae,
Mutatoque graves saepe colore preces.
Illa mihi totis argutat noctibus ignes,
Et queritur nullos esse relicta deos:
Illa meam mihi iam se denegat: illa minatur,
Quae solet i*ng*rato tristis amica viro.
His ego non horam possum durare querellis:
Ah pereat, si quis lentus amare potest!
An mihi sit tanti doctas cognoscere Athenas
Atque Asiae veteres cernere divitias,
Ut mihi deducta faciat convicia puppi
Cynthia et insanis ora notet manibus,
Osculaque opposito dicat sibi debita vento,
Et nihil *infido* durius esse viro?
Tu patrui meritas conare anteire secures,

Et vetera oblitis iura refer sociis :
Nam tua non aetas umquam cessavit amori,
Semper at armatae cura fuit patriae,
Et tibi non umquam nostros puer iste labores
Adferat et lacrimis omnia nota meis.
Me sine, quem semper voluit fortuna iacere,
Hanc animam extremae reddere nequitiae.
Multi longinquo periere in amore libenter,
In quorum numero me quoque terra tegat.
Non ego sum laudi, non natus idoneus armis :
Hanc me militiam fata subire volunt.
At tu, seu mollis qua tendit Ionia, seu qua
Lydia Pactoli tingit arata liquor,
Seu pedibus terras seu pontum carpere remis
Ibis, et accepti pars eris imperii,
Tum tibi si qua mei veniet non inmemor hora,
Vivere me duro sidere certus eris.

VII.

Dum tibi Cadmeae dicuntur, Pontice, Thebae
Armaque fraternae tristia militiae,
Atque, ita sim felix, primo contendis Homero,
Sint modo fata tuis mollia carminibus,
Nos, ut consuemus, nostros agitamus amores,
Atque aliquid duram quaerimus in dominam :
Nec tantum ingenio, quantum servire dolori,
Cogor et aetatis tempora dura queri.
Hic mihi conteritur vitae modus, haec mea fama est,
Hinc cupio nomen carminis ire mei.
Me laudent doctae solum placuisse puellae,
Pontice, et iniustas saepe tulisse minas :

Me legat assidue post haec neglectus amator,
Et prosint illi cognita nostra mala.
Te quoque si certo puer hic concusserit arcu,
Qu*am* noll*es* nostros *heu* violasse deos!
Longe castra tibi, longe miser agmina septem
Flebis in aeterno surda iacere situ,
Et frustra cupies mollem componere versum,
Nec tibi subiciet carmina serus Amor.
Tum me non humilem mirabere saepe poetam:
Tunc ego Romanis praeferar ingeniis,
Nec poterunt iuvenes nostro reticere sepulcro
"Ardoris nostri magne poeta iaces."
Tu cave nostra tuo contemnas carmina fastu:
Saepe venit magno fenore tardus Amor.

VIII.

"Tune igitur demens, nec te mea cura moratur?
An tibi sum gelida vilior Illyria,
Et tibi iam tanti, quicumque est, iste videtur,
Ut sine me vento quolibet ire velis?
Tune audire potes vesani murmura ponti?
Fortis et in dura nave iacere potes?
Tu pedibus teneris positas *s*ulc*a*re *p*ruinas,
Tu potes insolitas, Cynthia, ferre nives?
O utinam hibernae duplicentur tempora brumae,
Et sit iners tardis navita Vergiliis,
Nec tibi Tyrrhena solvatur funis harena
Neve inimica meas elevet aura preces,
Atque ego non videam tales subsidere ventos,
Cum tibi *pro*vectas auferet unda rates,
Et me defixum vacua patietur in ora

Crudelem infesta saepe vocare manu!
Sed quocumque modo de me, periura mereris,
Sit Galatea tuae non aliena viae,
Ute*re* felici praevecta Ceraunia remo,
Accipiat placidis Oricos aequoribus.
Nam me non ullae poterunt corrumpere taedae,
Quin ego, vita, tuo limine vera querar:
Nec me deficiet nautas rogitare citatos
"Dicite, quo portu clausa puella mea est?"
Et dicam: "licet A*rt*aciis considat in oris,
Et licet H*yl*leis: illa futura mea est."

Hic erat! hic iurata manet! rumpantur iniqui!
Vicimus! assiduas non tulit illa preces!
Falsa licet cupidus deponat gaudia livor:
Destitit ire novas Cynthia nostra vias.
Illi carus ego et per me carissima Roma
Dicitur, et sine me dulcia regna negat.
Huc mea detonsis avecta est Cynthia *mannis*:
  Causa fuit Iuno, sed mage causa Venus.
Appia, dic quaeso, quantum te teste triumphum

Egerit effusis per tua saxa rotis,
Turpis in arcana sonuit cum rixa taberna;
Si sine me, famae non sine labe meae.
Spectaclum ipsa sedens primo temone pependit,
Ausa per impuros frena movere locos.
Serica nam *taceo* volsi carpenta *nepotis*,
Atque armillatos colla Molossa canes,
Qui dabit inmundae venalia fata saginae,
Vincet ubi erasas barba pudenda genas.
Cum fieret nostro totiens iniuria lecto,
Mutato volui castra movere toro.
Phyllis Aventinae quaedam est vicina Dianae;
Sobria grata parum: cum bibit, omne decet.
Altera Tarpeios *est* inter Teia lucos;
Candida, sed potae non satis unus erit.
His ego constitui noctem *l*enire vocatis,
Et Venere ignota furta novare mea.
Unus erat tribus in secreta lectulus herba.
Quaeris *dis*cubitus? inter utramque fui.
Lygdamus ad cyathos, v*i*trique aestiva supellex,
Et Methymnaei Graeca saliva meri.
Nile tuus tibicen erat, crotalistria Phyllis,
Et facilis spargi munda sine arte rosa.
*N*anus et ipse suos breviter concretus in artus
Iactabat truncas ad cava buxa manus.
Sed neque suppletis constabat flamma lucernis,
Recidit inque suos mensa supina pedes.
Me quoque per talos Venerem quaerente secund*am*
Semper damnosi subsiluere canes.
Cantabant surdo, nudabant pectora caeco:
Lanuvii ad portas ei mihi, solus eram!

Cum subito rauci sonuerunt cardine postes,*
  Et levia ad primos murmura facta Lares.
Nec mora, cum totas resupinat Cynthia valvas,
  Non operosa comis, sed furibunda decens.
Pocula mi digitos inter cecidere remissos,
  Palluer*u*ntque ipso labra soluta mero.
Fulminat illa oculis et quantum femina saevit:
  Spectaclum capta nec minus urbe fuit.
Phyllidos iratos in vultum conicit ungues:
  Territa vicinas Teia clamat a*n*us.
Lumina sopitos turbant elata Quirites,
  Omnis et insana semita *v*oce sonat.
Illas direptisque comis tunicisque solutis
  Excipit obscurae prima taberna viae.
Cynthia gaudet in exuviis victrixque recurrit
  Et mea perversa sauciat ora manu,
Inponitque notam collo morsuque cruentat,
  Praecipueque oculos, qui meruere, ferit.
Atque ubi iam nostris lassavit brachia plagis,
  Lygdamus ad plutei fu*l*c*r*a sinistra latens
Eruitur, geniumque meum pro*s*tratus adorat.
  Lygdame, nil potui: tecum ego captus eram.
Supplicibus palmis tum demum ad foedera veni,
  Cum vix tangendos praebuit illa pedes,
Atque ait: "Admissae si vis me ignoscere culpae,
  Accipe, quae nostrae formula legis erit.
Tu neque Pompeia spatiabere cultus in umbra,
  Nec cum lascivum sternet harena forum.
Colla cave inflectas ad summum obliqua theatrum
  Aut lectica tuae sid*a*t aperta morae.
*Lygd*amus inprimis, omnis mihi causa querellae,

Veneat et pedibus vincula bina trahat."
Indixit legem. Respondi ego: "Legibus utar."
Riserat imperio facta superba dato.
Dein quemcumque locum externae tetigere puellae,
Suffi*it*, at pura limina tergit aqua,
Imperat et totas iterum mutare l*a*cernas,
Terque meum tetigit sulfuris igne caput.
Atque ita mutato per singula pallia lecto,
Respondi, et toto solvimus arma toro.

IX.

Amphitryoniades qua tempestate iuvencos
Egerat a stabulis, o Erythea, tuis,
Venit et ad v*estr*os, pecorosa Palatia, montes
Et statuit fessos, fessus et ipse, boves,
Qua Velabra suo stagnabant flumine, quoque
Nauta per urbanas velificabat aquas.
Sed non infido manserunt hospite Caco
Incolum*es*: furto polluit ille Iovem.
In*co*la Cacus erat, metuendo raptor ab antro,
Per tria partitos qui dabat ora sonos.
Hic, ne certa forent manifestae signa rapinae,
Aversos cauda traxit in antra boves,
Nec sine teste deo: furem sonuere iuvenci,
Furis et implacidas diruit ira fores.
Maenalio iacuit pulsus tria tempora ramo
Cacus: et Alcides sic ait: "Ite boves,
Herculis ite boves, nostrae labor ultime clavae,
Bis mihi quaesitae, bis mea praeda, boves,
Arvaque mugitu sancite boaria longo:
Nobile erit Romae pascua vestra forum."

Dixerat, et sicco torret sitis ora palato,
  Terraque non ullas feta ministrat aquas.
Sed procul inclusas audit ridere puellas
  Lucus *ubi* umbroso fecerat orbe nemus,
Femineae loca clausa deae fontesque piandos,
  Inpune et nullis sacra retecta viris.
Devia puniceae velabant limina vittae,
  Putris odorato luxerat igne casa,
Populus et longis ornabat frondibus aedem,
  Multaque cantantes umbra tegebat aves.
Huc ruit in siccam congesta pulvere barbam,
  Et iacit ante fores verba minora deo.
"Vos precor, o luci sacro quae luditis antro,
  Pandite defessis hospita *fana* viris.
Fontis egens erro, circaque sonantia lymphis,
  Et cava suscepto flumine palma sat est.
Audistisne aliquem, tergo qui sustulit orbem?
  Ille ego sum: Alciden terra recepta vocat.
Quis facta Herculeae non audit fortia clavae
  Et numquam ad vastas irrita tela feras,
Atque uni Stygias homini luxisse tenebras?
  Accipite: et fesso VIX MIHI TERRA PATET.
Quid si Iunoni sacrum faceretis amarae?
  Non clausisset aquas ipsa noverca suas.
Sin aliquem vultusque meus saetaeque leonis
  Terrent et Libyco sole perusta coma:
Idem ego Sidonia feci servilia palla
  Officia et Lydo pensa diurna colo,
Mollis et hirsutum cepit mihi fascia pectus,
  Et manibus duris apta puella fui."
Talibus Alcides: at talibus alma sacerdos,

Puniceo canas stamine vincta comas:
"Parce oculis, hospes, lucoque abscede verendo:
Cede agedum, et tuta limina linque fuga.
Interdicta viris metuenda lege piatur,
Quae se summota vindicat ara casa.
Magn*o* Tiresias aspexit Pallada vates,
Fortia dum posita Gorgone membra lavat.
Di tibi dent alios fontes: haec lympha puellis
Avia secreti limitis una f*l*uit."
Sic anus: ille umeris postes concussit opacos,
Nec tulit iratam ianua clausa sitim.
At postquam exhausto iam flumine vicerat aestum,
Ponit vix siccis tristia iura labris.
"Angulus hic mundi nunc me mea fata trahentem
Accipit: haec fesso vix mihi terra patet.
Maxima quae gregibus devota est ara repertis,
Ara per has," inquit, "Maxima facta manus,
Haec nullis umquam pateat veneranda puellis,
Herculis ex*i*mii ne sit inulta sitis."
Sancte pater, salve, cui iam favet aspera Iuno:
Sancte, velis libro dexter inesse meo.
Hunc, quoniam manibus purgatum sanxerat orbem,
Sic Sanctum Tatiae composuere Cures.

X.

Nunc Iovis incipiam causas aperire Feretri,
Armaque de ducibus trina recepta tribus.
Magnum iter ascendo, sed dat mihi gloria vires:
Non iuvat e facili lecta corona iugo.
Imbuis exemplum primae tu, Romule, palmae
Huius, et exuvi*is* plenus ab hoste redis,

Tempore quo portas Caeninum Acronta petentem
Victor *in e*versum cuspide fundis equum.
Acron Herculeus Caenina ductor ab arce,
Roma, tuis quondam finibus horror erat.
Hic spolia ex umeris ausus sperare Quirini
Ipse dedit, sed non sanguine sicca suo.
Hunc videt ante cavas librantem spicula turres
Romulus et votis occupat ante rat*i*s.
"Iuppiter, haec hodie tibi victima corruet Acron."
Voverat: et spolium corruit ille Iovi.
Urbis virtutisque parens sic vincere suevit,
Qui tulit a p*a*rco frigida castra Lare.
Idem eques et frenis, idem fuit aptus aratris,
Et galea hirsuta compta lupina iuba.
Picta neque inducto fulgebat parma pyropo:
Praebebant caesi baltea lenta boves.
Cossus at insequitur Veientis caede Tolumni,
Vincere cum Veios posse laboris erat,
Necdum ultra Tiberim belli sonus, ultima praeda
Nomentum et captae iugera ter*n*a Corae.
Heu Veii veteres, et vos tum regna fuistis,
Et vestro posita est aurea sella foro:
Nunc intra muros pastoris bucina lenti
Cantat, et in vestris ossibus arva metunt.
Forte super portae dux Veius astitit arcem,
Colloquiumque sua fretus ab urbe dedit.
Dumque aries murum cornu pulsabat aheno,
Vinea qua ductum longa tegebat opus,
Cossus ait: "Forti*s* melius concurrere campo."
Nec mora fit, plano sistit uterque gradu*m*.
*Di Lati*as iuvere manus, desecta Tolumni

Cervix Romanos sanguine lavit equos.
Claudius *Eridano* traiectos arcuit hostes,
Belgica cum vasti parma relata ducis
Virdomari. Genus hic Rheno iactabat ab ipso,
Nobilis e rectis fundere gaesa rotis.
Illi virgat*as* *m*aculanti sa*n*g*u*ine brac*as*
Torquis ab incisa decidit unca gula.
Nunc spolia in templo tria condita: causa Feretri,
Omine quod certo dux ferit ense ducem;
Seu, quia victa suis umeris h*u*c arma ferebant,
Hinc Feretri dicta est ara superba Iovis.

XI.

Desine, Paulle, meum lacrimis urgere sepulcrum:
Panditur ad nullas ianua nigra preces.
Cum semel infernas intrarunt funera leges,
Non exorato stant adamante viae.
Te licet orantem fuscae deus audiat aulae;
Nempe tuas lacrimas litora surda bibent.
Vota movent superos: ubi portitor aera recepit,
Obserat *um*b*r*osos lurida porta rogos.
Sic maestae cecinere tubae, cum subdita nostrum
Detraheret lecto fax inimica caput.
Quid mihi coniugium Paulli, quid currus avorum
Profuit aut famae pignora tanta meae?
N*um* minus immites habuit Cornelia Parcas:
E*n* sum, quod digitis quinque legatur, onus.
Damnatae noctes, et vos vada lenta paludes,
Et quaecumque meos implicat unda pedes,
Immatura licet, tamen huc non noxia veni:
Det Pater hic umbrae mollia iura meae.

Aut, si quis posita iudex sedet Aeacus urna,
In mea sortita vindicet ossa pila:
Assideant, fratrem iuxta Minoia sella, et
Eumenidum intento turba severa foro.
Sisyphe, mole vaces, taceant Ixionis orbes,
Fallax Tantaleo corripere ore liquor,
Cerberus et nullas hodie petat improbus umbras,
Et iaceat tacita lapsa catena sera.
Ipsa loquar pro me: si fallo, poena sororum
Infelix umeros urgeat urna meos.
Si cui fama fuit per avita tropaea decori,
Aera Numantinos una loquuntur avos.
Altera materni exaequatur turba Libones,
Et domus est titulis utraque fulta suis.
Mox, ubi iam facibus cessit praetexta maritis,
Vinxit et acceptas altera vitta comas,
Iungor, Paulle, tuo sic discessura cubili:
In lapide huic uni nupta fuisse legar.
Testor maiorum cineres tibi, Roma, verendos,
Sub quorum titulis, Africa, tonsa iaces,
Et Persen proavi simulantem pectus Achillis,
Quique tuas proavo fregit Achille domos,
Me neque censurae legem mollisse, nec ulla
Labe mea vestros erubuisse focos.
Non fuit exuviis tantis Cornelia damnum,
Quin erat et magnae pars imitanda domus.
Nec mea mutata est aetas, sine crimine tota est:
Viximus insignes inter utramque facem.
Mi natura dedit leges a sanguine ductas,
Ne possem melior iudicis esse metu.
Quaelibet austeras de me ferat urna tabellas:

Turpior assessu non erit ulla meo,
Vel tu, quae tardam movisti fune Cybeben,
Claudia, turritae rara ministra deae,
Vel cui, commissos cum Vesta reposceret ignes,
Exhibuit vivos carbasus alba focos.
Nec te, dulce caput, mater Scribonia, laesi:
In me mutatum quid nisi fata velis?
Maternis laudor lacrimis urbisque querellis,
Defensa et gemitu Caesaris ossa mea.
Ille sua nata dignam vixisse sororem
Increpat, et lacrimas vidimus ire Deo.
Et tamen emerui generosos vestis honores,
Nec mea de sterili facta rapina domo.
Tu, Lepide, et tu, Paulle, meum post fata levamen,
Condita sunt vestro lumina nostra sinu.
Vidimus et fratrem sellam geminasse curulem,
Consule quo facto, tempore rapta soror.
Filia, tu specimen censurae nata paternae,
Fac teneas unum nos imitata virum,
Et serie fulcite genus: mihi cymba volenti
Solvitur aucturis tot mea fata meis.
Haec est feminei merces extrema triumphi,
Laudat ubi emeritum libera fama rogum.
Nunc tibi commendo communia pignora natos:
Haec cura et cineri spirat inusta meo.
Fungere maternis vicibus, pater: illa meorum
Omnis erit collo turba ferenda tuo.
Oscula cum dederis tua flentibus, adice matris:
Tota domus coepit nunc onus esse tuum.
Et si quid doliturus eris, sine testibus illis:
Cum venient, siccis oscula falle genis.

Sat tibi sint noctes, quas de me, Paulle, fatiges,
Somniaque in faciem credita saepe meam.
Atque ubi secreto nostra ad simulacra loqueris,
Ut responsurae singula verba iace.
Seu tamen adversum mutarit ianua lectum,
Sederit et nostro cauta noverca toro,
Coniugium, pueri, laudate et ferte paternum:
Capta dabit vestris moribus illa manus.
Nec matrem laudate nimis: conlata priori
Vertet in offensas libera verba suas.
Seu memor ille mea contentus manserit umbra
Et tanti cineres duxerit esse meos,
Discite venturam iam nunc sentire senectam,
Caelibis ad curas nec vacet ulla via.
Quod mihi detractum est, vestros accedat ad annos:
Prole mea Paullum sic iuvet esse senem.
Et bene habet: numquam mater lugubria sumpsi:
Venit in exequias tota caterva meas.
Causa perorata est. flentes me surgite testes,
Dum pretium vitae grata rependit humus.
Moribus et caelum patuit: sim digna merendo,
Cuius honoratis ossa vehantur aquis.

APPENDIX.

Codicis Perusini Varietas. (*m* = variae lectiones in margine adpositae, partim prima manu, partim recentiore scriptae. Compendia plerumque non indicavi. *e* caudatum per *ae* plerumque extuli).

LIBER I.

Sexti Aurelii propertii nautae monobilos Ad Cinthiam liber primus incipit feliciter.

i. 1. Cinthia *et ita passim.* cępit. 2. cupidinibus *m* libidinibus *ma. rec.* 7. deficit *m* defit in *ma. rec.* 9. Minalion *in* Mimalion *mutatum.* 10. hyasidos. 13. psilli: robore *m* uulnere. 14. archadiis. 17. tardus -dus *post. ras.* [*m* falsus]: ullas u *post. ras.* 23. sydera *y passim:* amnes *m* ignes. 24. citha -inis *ras. in med. voc.* 25. Et *m* at *ma. rec.*. 30. nouit *m* norit. 31. aure *m* ore. 33. amaras *m* inanes. 34. pectore.

ii. Ad Cinthiam. 1. uita *m* uincta. 2. coha. 3. horonthea. myrrha. 9. summittat. 10 et. 11. formosius *m* or. 13. persuadent *m* perfundent *ma. rec.* 16. telayra. 19. Nec *m* non: frigium. 25. sim *m* sis *ma. rec.* 26. sat est *m* satis. 27. Quom.

iii. Ad Cinthiam. 1. ruina *m* carina. 2. cnoscia.

5. aedonis. 6. appidano. 8. lacrimis, manibus *superscr. ma. rec.* 9. Æbria. 10. saeua *m* sera. 15. tentare, *et ita passim.* 16. sumere et arma. 18. uerbera. 20. ignotis *m* īnotis. percurrens. 29. Nequa *m* que. 30. *m* insuetam. 34. fixa thoro (thorus *semper*). 35. conuiuia *m* iniuria *ma. rec.* 36. rettulit *m* expulit. 38. hei. 39. perducas *m* duras. 43. interea *m* interdum. 45. alis *m* horis.

iv. Ad bassum. 5. Tu *m* et *et* ut: nicteidos. 6. Spanae *m* rta. 13. multis decus *m* nullis decor *ma. rec.* 14. dicere *m* ducere *ma. rec.* 15. quos *pr.* nostros, os *post ras.* contendas (i *superscr.*). 16. Hec *m* hoc: fides. 17. hoc. 22. differet *m* deferet. 26. si *m* sibi *ma. rec.*

v. Ad gallum. 6. tossica x *superscr.* 8. sciet *m* sinet *uel* solet. 9. Aut: ausis: nostris. 13. at *m* hah *et* ad. 20. discere *m* dicere. 21. mirabere *m* miserabere *ma. rec.* 24. credere *m* cedere. 30. ferre.

vi. Ad tullum. 1. adriae. 3. Quom chorripeos *m* corcyrheos *ma. rec. et* ripheos *ma. rec.* 4. *m* meonias. 8. dies. 10. irato *m* ingrato *ma. rec.* 11. querelis (querela *semper*) *m* puellis. 12. hah (*ita saepius*). 15. cernere *m* noscere. 15. conuitia. 17. dicat, *m* ducat *et* discat, contraria uento. 20. refer sociis. 32. aratra licor.

vii. Ad ponticum. 1. ducuntur. 5. agitemus. 7. tm̂. 9. Hic[a] uitae[d] conteritur[c] mihi[b] modus. 16. Quod nolim: euiolasse. 20. subiiciet (*et ita in similibus passim*). 24. uale *m* iaces.

viii. Ad cinthiam. 7. fulcire ruinas. 11. funis *m* navis. 15. in hora *m* harena. 19. felici praeuecta. 21. de te. 22. lumine uerba. 25. atraciis. 26. ileis. 27. mea est. 31. et *om. pro* ego *m* ero *ma. rec.* 36. paravit. 42. cinthya.

ix. Ad aemulum ponticum irrisorem. 4. quouis. 7. lachrymae (*ita plerumque*). 11. ualent n *post erasum.* 13. depone. 19. tygres. 29. Quod. 30. aufuge. 31. et possunt. 34. quo.

x. Ad Gallum. 11. concredere *m* concedere *ma. rec.* 15. diuersos. 17. poenas. 19. quaecumque. 20. querenda: ege'. 23. Heu. 24. Heu: cadent 28. effectu.

xi. Ad Cinthiam. 1. mediis *om. in marg. additum.* baiis. 2. littoribus (littus *passim*). 3. thesproti *m* tesponti *et* transponti. 4. Et modo *m* proxima. 5. adducere. 8. substulit (*ita saepissime*). 10. cimba. 11. teutantis. 12. Alternae. 15. abmota *m* hamato *ma. rec.* 20. timentis. 21. non *pro* nunc. 26. Quicquid (*sic semper*).

xii. (*superiori elegiae cohaeret.*) 1. *m* dissidiae. 7. illo *m* ullo *ma. rec.* 10. Laeta *m* lecta. 17. At: potui. 19. Me: desistere *m* discedere.

xiii. Ad Gallum. 1. facis. 3. mirabor *m* imitabor. 8. adire. 10. eriget *m* exiget *ma. rec.* 16. illectis *m* insertis. 17. uerbis. 21. enipheo. 24. in aetheis. 30. laedae partu, e *superscr. ma. rec.* 34. lumine. 35. Quae. 36. quocunque.

xiv. Ad tullum divitem. 1. tyberina. 10. totam *m* um. 11. pactholi. 16. sunt. 17. mentes *m* uires. 20. foro *m* thoro *ma. rec.* 24. uel.

xv. Ad Cinthiam. 1. iura *m* dura. 5. externos. 6. longam facie: desidiam *m habet* longa faciem quaerere desidia. 9. itaci: calipso. 12. *m* solo. 13. posthac *m haec*. 21, 22 = 15, 16. 16, 17. Hysiphyle. 17. post illos. 21. Alphasiboea [e] (*sic*). 24. hystoria. 26. mouere. 27. ha. 29. Multa. 33. Quam mihi. 39. colores *post. ras.* calores *fuisse videtur*. 42. nullis.

xvi. Verba ianuae conquerentis. 4. humida (*ita passim*). suplicibus. 22. intepido. 24. *m* uidet, *et* dolat *ma. rec.* 30. calibe. 38. iratus dicere tuta loco *m* to. 46, 47. *om. in marg. additi ma. rec.* 48. deferor *m* differor *ma. rec.*

xvii. Ad Cinthiam. 2. alcionas. 3. solito: st *om.* 4. Omniaque. 8. harena *semper*. 16. nulla *m* dura: rara *m* cara *ma. rec.* 18. tindaridas -os *fuit*.

xviii. Ad Cinthiam. 1. Haec[a] loca[d] deserta[c] certe[b]. *m* tacitura. 2. Zephiri. 9. carmina. 11. *m* Sic referas nobis mihi te. 20. archadio. 23. An tua quod: curam: *m* as. 26. queror. 31. resonant. 32. uacant.

xix. Ad Cinthiam. 10. Thessalus. 13. ueniat. 15. Quarum. 16. haec. 20. solo. 22. e.

xx. Ad gallum. 6. therodomanteo. 7. Nunc: umbrosae: siluae. 8. amerina *m* aniena *ma. rec.* 9. gigantei *m* gigantea *ma. rec.* 11. cupidas: rapinas. 12. adriacis. 18. Egressam. 20. Misorum. 25. proles aquilonia fratres. 26. zetus: calays. 28. Obscula. 29. *m* subcluditur. 31. hah Jam (*sic*). orithiae. 32. hah. ibat amadrias hinc. 33. arganti

phege. 34. timasin *m* thyniasin *ma. rec.* 35. nullae: millae, *ut videtur, fuit.* pendebant *m* reddebant. 36. Rosida. 37. riguo. 43. aurire h *supersor.* 44. humero (*sic passim*). 45. Quoius. 49. Quoi. 52. tutus *m* ruris *et* visus.

xxi. (*superiori cohaeret.*) 2. ageribus. 5. servato ut. 6. Ne soror. 10. sciet.

xxii. Ad tullum. 1. Valis (*rubricatoris culpa*). 6. sit.

LIBER II.

Liber secundus Propertii incipit.

i. 3. hoc *bis.* 5. chois: cogis. 6. choa. 9. lirae. 19. olimpo. 20. Impositum. 27. bella phylippos. 28. siculis. 30. ptholomei. 31. cyprum *m* egyptum: tractus in urbem. 35. contexerit *m* et *et* is. 38. isioniden: meneacidê. 39. flegreos: encheladi. 40. chalimachus. 46. mea. 47. uno. 54. colchiacis: harena. 59. philotetae. 60. chyron: uulnera *m* lumina *ma. rec.* phylliridès. 61. epydaurius. 62. androegena. 63. Misus: haemonia. 65. primus *pro* solus. 66. Tantalea. 67. ille *om.* 69. caucasea. 73. spes. 77. illachrymans.

ii. Ad Cinthiam. 3. Quor. 4. ignoro *m* ignosco. 6. ut *ante* et *ma pr.* 8. pectine *m* pectus *ma. rec.* 9. ischomenae *m* hystomace *et* hyppomene: laphitae. heroinae. 10. Centaurus. 11. satis *m* sanctis *ma. rec.* 13. uiderit.

iii. Ad irrisorem. 1. nullum. 3. requiescere *m*

cognoscere. 10. sunt. 11. hybero. 15. bombice. 17. hyaco. 18. adriana. 21. carinae. 22. quae quiuis: esse *m* aequa. 24. Arridus: stertuit. 25. contulerint. 27. Non non *m* nunc. 29. rara *pro* nata. 30. accumbens: ioui *m* loco. 31. mecum romana *m* nobiscum humana. 33. non. 34. pulchrius *m* pulueris haec. 39. achylles: *ita passim.* 40. priamus: foret *m* fuit. 42. in arte *m* in ante. 45. tenear *m* t: aut. 47. aratro *m* a. 52. hyphicli. 53. phero. 54. amicheonia.

iv. Ad amantem. 7. citeis. 8. permedeae. 9. cernimus *m* criminis. 15. fallaci *m* felici.

v. Ad Cinthiam. 4. aquilo. 6. uolit *m* uelit. 8. Vellicet *m* uendicet. 11. ita *om.* carpatiae. 12. antra notho. 19. orbem hostem. 21. uestes. 22. perclusas *m* perduras. 26. circumiere. 28. forma potens.

vi. Ad Cinthiam. 1. ephineae *m* ephyreae. 2. fores *m* pedes. 3. menandreo. 4. erithonius. 5. delectas. 6. Phirne. 8. iure *m* rara. 12. amica. 13. ledent. 17. cepit *m* iussit *ma. rec.* 18. perithoum. 20. *ita* durae. 22. quodlibet. 23. amoeti: laetus ulyxes *m* lectus ulyxis *ma. rec.* 32. Iurgia. 41. me ducit.

vii. De Cinthia. 2. condam. 3. Ni. 11. At. cum talis: tibia. *m* tum qualis: cinthia. 13. *Incipit nova elegia* Ad Cinthiam. 13. gnatos. 15. comitarent. 18. hybernos.

viii. Ad amicum de erepta amica. 2. at: lachrymis. 4. leuior. 8. aut uincis. 10. steterant. 21. boetius hymon. 23. commiserae. puellae. 25. efficies.

31. phrygas *m* fuga. 37. saeua: redita. 38. illum. 39. marte *m* amore *ma. rec.*

ix. Ad amicam. 3. bisdenos *m* bissenos *ma. rec.* 12. Appositum. simeonta. 16. Schiria: uiro *m* thoro. 17. ueris *m* castis. 21. duxisti. 26. peterentur. 32. foemina. 36. ego (*sic*). 39. curam *m* uitam. 49. duris. 50. *m* morte. 52. *m* ma.

x. Hortatur se ad maiora. 2. aemonio. 11. carmine. 13. equites. 15. quis: colla *m* tela. 19. castra *m* sacra (?). 22. hic *m* hac. 26. parnasi *m* permessi.

xi. De amica. 3. tecum. 6. ɔuius.

xii. De amore. 3. lumine *m* sensu. 9. sagyttis. 15. numquam *m* nusquam. 18. Si puer est alio traijce puella loco.

xiii. De amore suo. 1. achimeniis armantur etrusca. 7. nostro *om.* 8. sum: notior *m* tutior. 12. pueri *m* is. 22. actalico: nissa x *superscr.* 25. est *om.* 26. persophone. 27. sequare. 29. secura *m* suprema. 30. onix. 38. pitii. 40. ueni memores. 46. Mnestoris. 47. Quis tam longaeuae: meruisset *m* monuisset. 48. Gallicus. 55. *ita,* lauisse. illic *m* illinc. 56. esse *m* isse. 58. quid.

xiv. De receptione sinosa. 5. suum saluum: horestê. 7. theseida. 11. tum. 16. Conditio emeriti. 19. contendite. 23. Nec *m* haec. 26. munere *m* nomine. 30. honusta.

xv. Intimatio animi. 2. delitiis. 7. lassos. 11. committere. 15. endimion. 17. pertendens: cubares. 22. quis: putet. 25. nos om. 27. sic pro *tibi.* 34. arridus: puluere. 49. liceat.

xvi. Ad Cinthiam. 1. illiricis. 4. uerba. 10. illirias. 12. illa. 13. labori. 18. ipso. 20. graminea. 23. Non quia: cubares. 27. exclusis. 29. heriphile. 32. suis. 39. Nunc. 43. quascumque *bis*. 44. Quosque: chrisolitos. 49. Vidisti. 51. pleyades. 56. hauster.

xvii. De Exclusione. 2. erat. 5. mouearis: ad *om*. 12. NVncdecimo (*sic*). 15. Nunc iuuat.

xviii. Ad Cinthiam. 5. Quid si iam canis aetas mea caneret annis. 7. tythoni *et in v*. 15. 11. *ita* ulnis. 19. quom. 20. haud. 21. diminuo.

xix. Ad Cinthiam. 4. sinit. 12. comam. 13. thura. 17. mea. 31. Quando *m* quin.

xx. Ad Cinthiam. 1. briseida. 3. uesana. 7. superbae. 8. asipydo *m* asisipho: lachrymas *m* ans. 10. daphnes: modo, *m* Danaes—domo. 11. Ante *m* in. uita *m* iura. cathenas. 12. transileamque. 29. erinides. 32. sisypheo. 33. suplicibus. 35. Haec: uis.

xxi. Ad Cinthiam. 12. Euecta est tenuis namque creusa domo. 13. calipso. 17. qui perstat *m* restat.

xxii. Ad herenium demophoontem. 1. hereni. 4. Ominis *m* omniaque. 3, 4. *inverso ordine*. 5. deducit. 6. iniicit. 13. omnis. 14. Quod *m* quid. 15. Quor. 16. *m* queritur. 23. Percunctere. 25. alcumene: arcthos. 27. sine fulmine. 29. a, e *superscr. ma. rec*. 31. andromaches. 32. miceneae num. 34. pellides. 35. *alterum* modo *om. in marg. additum*. 41. nauem. 43. si *pro* sin. 47. uexant *m* uersant. 48. Cur recipi quae: uetat. 50. quia *pro* quae *m* que: querere plura.

xxiii. De seruitute amoris. 1. Quae *m* quoi: est *m* et. 15. Cum. 21. eufrates. 22. capiant. 24. volit *post. ras.* velit *fuit. Nova elegia incipit* Ad Cinthiam. 27. Quoi. 28. ingenuus. 29. spiraret *m* res. 32. nomine. 35. flabella *in* flagella *mutatum ma. rec.* 37. cupis. 38. iulia *m* ui. 39. si *pro* sed *m* ni. 40. Fallacis.

xxiv. (*superiori elegiae cohaeret*). 2. Jam. 6. Ve Ille (*sic*). 9. leneas *m* lerneas: aras *m* hydras. 18. *post* 16 *positus est.* 22. nauita. 28. phillida. 31. ducit. 35. Ni.

xxv. Ad amicam iratam. 2. Excludit: ueni. 5. sepositis. 9. deducit *in* diducit *mutatum ma. rec.* 10. titonus. 12. saepe. 14. Caucaseas. 15. obscura. 17. nullo de me: sublumine. 26. rotam. 27. flatus *m* saltus. 31. suo *om. superscr. ma. rec.* 34. Inuidia. 40. si. 42. fusco. 48. cuius.

xxvi. Somnium de amica. 8. Atque. 15. *m* pro invidia. increparent. 16. nisaeae *m* nesaee. ncaerula. 22. orbe. 23. cambisae. 25. puellas beatos. 27. et *ante* constantia. 31. sopitis, os *fuit.* 35. scaeuus. 38. daneum. 39. Si qui *m* et: duo littora. ratis *ras. in* i, ratus *fuit.* 40. Duxerat. 47. amimone. 51. orithia. 53. sylla. 54. caribdis.

xxvii. De incerta hora mortis. 5. sequimur. 7. flemus *m* tus. capiti. tumultum. 10. heu.

xxviii. Ad Iouem pro amica aegrotante. 8. iuratur. 9. illa peraegre *m* peraeque. 17. Yo. 18. iuli. 19. terras. 20. Ham: leucathoen. 29. maeonidas *inter* nereidas. 35. cardine rombi. 38. condidit.

40. garrula. 43. carmine. 48. persophone. 50. scilicet. 51. hyope. 52. pasiphe, a *supplet. ma. rec.* 53. hioa *m* hiona. 54. phebi. 59. demissa. 62. redde.

xxix. Ad Amicam. 1. Hesterna mea sunt lux (*sic*). 8. nam. 14. fores. 21. ita illecto *m* iniecto: duxerunt. 27. Illat. 28. Heu sibi neuque (*m* non *ad* heu *adscr.*). 29. demissa. 31. quid *m* quo *ma. rec.* 39. apposita propellens somnia nostra *m* suauia. 40. lassa. 41. custos recludor *m* custode.

xxx. Ad Cinthiam. 1. *m* nusquam locus est. 2. thanaí. 15. onerantur *m* e. 16. sonet. 17. menandri docta. 18. tumor *fuit* timor. 19. Nunc tu dira. 20. nota. 22. digna. 23. contenctum. 25. obiiceat. 26. Roscida *m* rorida. 29. semele *m* ia. 38. bachus (*ita passim*).

xxxi. Ad cinthiam. 1. quor. 3. Tota. 4. aquas *m* quos: nurus *m* senis. 5. Hic equidem. 6. hyare. 7. mironis. 10. patria, *fuit* o: orthygia. 11. Aurea solis erant.

xxxii. (*superiori elegiae cohaeret*). 2. crimina lumen habent. 3. praenestis. 4. aonii: thelogani *m* eei lethogoni. 5. Cur uatem. 6. te uia 13. pariter planis urgentibus *m* sur. 21. minor. 29. luxu *m* s *ma. rec.* 31. Tindaris. 33. quamuis *pro* fertur. 34. Nec. 35. Quamuis ida. 37. et *om.* amadriadum *pr.* 38. Sillenique. 40. referens *m* excipiens. 44. una *bis.* 45. Haec inpune (*m* eadem) ante illam iâ iâ inpune et Lesbia fecit. 47. quaeris. 49. in *pro* et. 54. Et 58. Corripuit. 61. tuque es imitata latinas.

xxxiii. Ad Cinthiam. 3. pereat. tepenti *m* repente. 7. yo. 8. quid *m* quod. 11. hAh. 12. Mansisti. abbita. 16. Quor: üroma. 17. Quid tibi quid prodest. 19. Aut. 26. lenta *m* lassa *ma. rec.* 31. eurition. 32. polipheme. 35. es. 37. demissa. serta.

xxxiv. Ad linceum. 1. amori *m* amico *ma. rec.* (?) 9. Linceu. 10. tunc. 19. meas. umbras. 20. stulto. 21. quod *m* qua: crimina *om post. scr. ma. pri.* 29. cretei. 31. sacius musis memorem imitare philitâ. 33. aetholi. 34. factus. 35. phrigio. 38. Tristis. 39. Non amphiariae. 40. magno *om.* 41. Desine achylleo: coturno. 43. componere. 47. grauis. 49. patiere labores. 53. restaverit. 57. mistas. 60. deus *m* puer. 61. uirgilio. 66. yliade. 68. damnim. 72. tytirus. 73. coridon: alexim. 74. delitias. 75. lapsus: harena. 76. amadriadas. 83. âis (*i.e.* animis) *m* ans (*i.e.* animus) nec sim. 85. laudabat *m* ludebat. 91. licoride.

LIBER III.

Incipit liber tertius properti.

i. 1. choi: philitae. 6. ve *om. add. ma. rec.* 13. missis. 19. uestro date. 22. reddat onus. 25. abieno. 27. Ideum simeonta. cunabula. 29. Deiphebumque. polidamant^e^as. 36. esse. 38. licio.

ii. Ad librum suum. 3, 4. detenuisse. 4. traicia. 7. fera. 13. Pheacias. 15. grata. 16. et meis: choris. 18. 19. piramidum. 24. pondere. 26. decidet *m* ex. suae.

iii. Somnium propertii. 1. eliconis. 2. Bellorophontei. 7. cecinit: oratia. 8. trophea. 9. Victo-

risque moram. 11. alacres romana sede, *m* acres caede. 15. fulmine. 19. scando. 21. seuecta. 26. qua. 28. punicibus. 29. silleni. origo *m* imago. 33. rura. 38. callipea. 39. conte[c]ntus: cycnis. 42. Flere. tingere. 52. philitea.

iv. De triumpho Cesaris. 6. parta trophea. 13. Cum. oneratos—axes. 14. uolgi. 22. me.

v. Ad amicam iratam. 1. veneremur. 2. Stant. 6. miser ire paro. classe. 8. caute. 9. inertem *m* in arte. 14. ab inferna. 17. hirro. 21. mentem multo. 24. integras, et *om.* 30. peremnis. 33. perhebi. 34. actractis. 35. segnis: boetes. 37. Quorue. 38. partis. 39. sunt. gigantum. 40. Thesiphones. 41. almeoniae. 44. et titio.

vi. Ad ligdamum (*i semper*). 3. dum. 9. Sîc eam. 12. nullaue. 21. illa—miserum: pacto. 22. Aequalem nulla m *superscr.* 23. solum. 26. illa. 28. *m* exactis exta. 29. stygis. 30. uicta. 31. vana, *m* vada: cadunt. 40. et *om.* 41. mihi si tanto foelix.

vii. De morte peti. 10. *omissus.* 13. orithiae. 21. agamenonias. 22. quae—natantis aquae. 23. atrid[e]as. 24. ephigenia. 25. positaque. 29. curuae leti contexite. 31. fatis *m* terris. 34. quoi. 40. solo. 42. soli. 43. contenctus-patrio. 46. et. flere. *m* interea nil tibi. 47. hunc. 49. chio calamo. 49. [c]orithia. 50. Et fultum. 52. miser inuitam. 57. *m* ponti. 63. aduehat. 64. modo *pro* me, *m* corr. 65. flantem. uotigine. 66. noxque. 67. ùco *pro* Nereo. *68. tracta.* Thetis. 71. scaeue.

viii. Ad amicam. 3. Quor. cimbia. 11. grauida.

conuitia. 17. haruspex. 18. certas. 27. que. 28. iratam. 37. tendisti raetia. 39. quoi. 40. Offensam.

ix. 2. Intra. 8. Flamma: iugo. 9. singna. 10. calamus. 11. tabula^m (m *ma. rec.*) suma^m. ponit. 12. Partasius. 13. addita famae. 14. At mirum exiguus. 16. proprius: arte. *m* propria urbe. 17. concurrat. 20. sequitur: quisque. 23. Quom. 27. effectum. 34. trophea. 36. Tota. 44. dure. 45. curant *bis*. 48. caelum. onomedonta. 49. decerta. 50. ceso (l *in* s *mutatum*). *m* celso. 57. fautor. iuuencae.

x. De natali puellae. 2. misissent. 8. niobes. 9. Alcionum. arua. 10. ithim. 11. foelicibus. 13. pura *in* plura *mutatum*. 15. cepisti. 17. forma *m* fama. 22. onix. 26. perstrepet. 30. instituat.

xi. De imperiis faeminarum. 1. limen *m* vitam. 2. tua. 5. Venturam. noctem. 9. flagrantes. 13. oppugnare. 14. Iniectis. pantesilea. 15. quoi. 16. candida candida. 17. Omphale. 21. *Incipit nova elegia*: In cleopatram aegypti reginam. 21. babilona. 23. missi. 24. Ne. 25. eufratem. 29. ob opprobria. 21. Coniugis. 33. alexandrina. 37. flegraeo. 41. anubim. 45. canopia. 46. dare. 47. tarquini. 48. quae. uocat. 49. triumphos. 53. spectavit. 55. fuit. 57. toto. 58. Marte *om.* 59, 60 = 67, 68. 60. pompeii bossora. 61. siphacis. 63. Curius. 64. Ac detius misso. 66. Et. 67. condiderant. 71. Aut.

xii. Ad postumum. 4. facias. 7. interea. 8.

fexus. aquas *pr*. 12. catafractus. 18. Cum sit. 23. ulyxes. 25. mons hysmara calpe. 27. lothosque. 28. caribdis. 29. Lamphathiae scithicis uerubus. 30. lamphathiae. 32. hyemis. 35. lecto. 38. Vincit penolopae lelia.

xiii. De auaritia et luxu matronarum. 2. uenerem. 3. est. 4. est *om*. 5. Ind[e]a. 5. formosa *m* ica. 6. conca eritrea *m* ericina. 9. clausas. 10. Qu[e]ique qrunt fastos icariote. 12. opprobrii. tulit *m* trahit. 17. Nanque. 21. Ardent. 22. Imponunt. 23. Hic (*bis*). 24. penolope. 26. quarum. 27. cidonia. 33. cum. 34. Obscula. uiris *m* comis. 35. Atque humili pell[i]es. 37. latas. 39. atque dei uacuam. 42. secunda *m* benigna : foc[r]is. 43. Ut *m* et. 51. [i]lumina. 52. pithia. 53. d[u]iras. 54. parnasi. 55. Et. tracis polinestoris. 56. nunc. 57. eriphilla. 58. nunquam : est *om*. 59. uanus.

xiv. Ad spartum. 3. infamesi exercent corpora laudes. 5. uelоc[i]es. 6. aduca. 10. dischi. 11. Girum. 14. Termodontiacis. 17. habenis. 28. adhortatae cura modesta domi, *m* adoratae *in* odoratae *mutatum et* molesta. 29. ingeneti (*e* ante *t* erasum). 31. sint : uerba rogandi. 32. [r]amator. 33. f[o]eres : que *om*. m que inimica.

xv. Ad Cinthiam de licinna. 2. uiniat *corr. rec.* 3. praetextae–amictu. 7. et multo. 11, 12 = 43, 44. 11. lianam. 14. Nicteos : Ioui *m* Lyco. 15. Hah. 19. illa. 21. antippe : amanti. 23. est. 29. uago.

asopi (e *supra*). 31. zetum *m* caelum. 32. tabulis. 34. in adversos: nothos. 43. Parta: zeti. 44. aracinte.

xvi. De imperio amicae. 4. nympha amena. 9. passus. 12. Schironis: si licet. 14. deo. 17. Scaeva: hyantis. 23. Atfert (f *supra*) huc. 24. ornabat (i *supra*). 25. Dii. 29. humet. cumulus.

xvii. Ad bachum suplicatio. 1. 6. 13. 20. bache. 7. testantur. 8. Lincibus. adriana *corr. rec.* tuus. 10. et. 12. modo. 22. niseis. 23. nequicquam. ligurgum. 25. delphynum. 27. naxon. 28. naxia *in* noxia *mutatum.* 29. lassatis. 30. Cingit: lidia. 31. manabat. 34. hyante. 36. Fundet. 39. coturno.

xviii. Quod mors sit ineuitabilis. 1. Plausus. ludit. 2. Humida. 5. dexter. 9. Bis. stigias. 12. amplexos cineris. 17. et tolle. 18. plausu. 20. Saemina *m* gemmea. 21. hoc omnes hic primus. 27. Nyrea. 28. haud. 31. traicis. 32. Huc. portent. tuae. 33. siculae. 34. cessit] caesar *primo fuit.*

xix. De incontinentia feminarum. 8. scaeua. 9. reprendere. 12. abienae (o *supra*). boui *m* ioui. 13. enipheo. 15. illea. 19. clitemestrae. micenis. 20. strupo. 21. Tuque (u *corr.*) sylla.

xx. Ad amicam. 4. tantisne in. affrica. 7. et *pr.* 10. thoros. 11, 12 = 13, 14. 11. date: noctis. 17. constringit: pignora. 18. sydereae torta. 21. Nanque. 25. fractas. 28. isstoriae is *post ras.* 30. fructus.

xxi. Ad Cinthiam. 5. quacumque (e *supra*). 6. arte. 7.

negarit. 8. amica. 11. aequore. nauim. 13. te lintea. 19. liceo. 21. properate: laboro *ut videtur in* laborem *mutatum*. 23. me littora. 26. ortis. 28. Librorumque. docte. 31. et longa.

xxii. Ad tullum. 1. cizichus. 2. propontiacha. 3. Dindymus. invencta cybele. 4. parte *pro* via. 5. iuuat. 6. Et desyderio. 9. Gerionis. 12. Pelliacaeque. 15. Et si qua origae. *m ma. rec.* olorigeri *et* gygei. 25. Albanusque lacus socii nemorensis abundat. 26. nympha. 28. furit. 29. cathenae. 32. parante. 33. scaevae venerantur. Bachae *pr.* 36. boui. 37. grais. 41. alta. 42. altus.

xxiii. De tabellis ideis. 4. signatis *pr.* adire. 7. curas *pr.* 12. here. 14. bona. 15. dixi *pr. m* dixti. cessavimus *pr.* 17. dolens coepit. 18. ducitur. 20. diras. epymeridas. 22. signa. 24. exquiliis.

xxiv. Ad amicam cinthiam. 1. Fama *post ras.* 3. talis. 5. laudari *pr.* 10. Eruere *pr.* 13. amore *in* aeno *mutatum.* 19. deo est. 24. Exciderant.

xxv. Ad cinthiam. 1. Visus *rubricatoris culpa.* 5. captus. 7. vincit. 8. esse *m* ire. 9. lumina *m* limina. 13. cupies. 15. vices. 16 ut. 17. fatales.

LIBER IV.

i. Incipit liber quartus finito tertio. 1. quam. 2. frigem. 4. procubuere. 5. dei *pr.* 6. opprobrio. 8. bobus arat. 9. Qua. substulit. 13. Buccina. 16. *sollennis.* 19. palilia. 20. curuo. 29. statuit. lig-

mon. 31. tatiês rhamnesque uiri. coloni c *post ras.* 32. oues equos. 36. longe. ipse *in* isse *mutatum.* vias. 37. patriae. 40. Heu. 42. abieni. 43. Tum. 45. deti. 49. cortyn[a]e. 53. illia. 54. Vincet. 57. coner. 62. bache. 65. si quis. 66. extimet. 71. rugis *pr.* 72. dextra. 73. Accersis lacrimis carites. 74. lira. 75. autoribus: haud. 77. architae. babiloniis heros, e *post ras.* 78. Herops *pr. m* oron. 85. moueant. 93. saucius dum. 96. busta. 99. cinanae. 100. uteri *m* pueri. 101. Iunoni. 103. libyci. 105. notas. 106. Umbra neque haec. 109. calcas. 111. agamenoniae ceruite. 119. deuehor. 123. moeuania. 124. imber *pr.* 125. axis. 126. meo. 131. demissa. 133. cantat. 136. et. suo. 137. spati[e]are. 140. Eludit. 141. confixum. discuxerit. 142. nostro *pr.* premit ausa. 144. Gucta. 146. prima *pr.* 149. cauo–hyatu. 150. caue.

ii. Fabula uertuni. 3. et *om.* 4. uolsinos. 5. Nec. 11. fructus. 12. credidit. 14, fronde *m.* fruge. 20. narrantis *pr.* 30. sub esse. 31. achei. 36. Traiicit. 39. curare. 40. Serpiculus. 41. adiiciam. fama *m* cura. 42. Ortorum. 44. uinco. 46. languet. 49. At. 51. licomedius. 57. qui te *pr.* 58. creta *m* meta *ma. rec.* 61. maumurii. 61. aenae. 63. dociles.

iii. Epistola aretusae ad licorem. 1. aretusa. licorae. 2. tociens. 5. At. 8. munitus beticus. 9. Hybernique: picto (que *om. pr.*) britania. 10. discolor. 15. stigio. 16. Victa. 17. pendebant. mea *om.* 21. torquet aeno. 22. famam pr. 25. Hac.

27. macre. 28. Et desyderio. 31. sydere. 32. autores. 33. hybernis. 34. gladios. 36. equus. 39. laeta *m* pura. 42. hyberni. 43. hipollite. 47. scithie. 48. Affricus. 51. tibi *pro* nova. 52. Cristallusque tuas. 53. que *om.* [k]calendis. 55. Grancidos. 56. uendicat. thoro[i]. 58. uentres *pr.* 60. [i]tangi. 61. ornis. denuntiet. 62. Succinctaeque. 63. Nec. abscensis. 67. sit. partae *pr.* alumnus *pr.*

iv. Fabula tarpeiae. 3. ederoso conditus. 7. Nunc *pr.* 8. subgesta. 18. ueste *pr.* 23. lumina lunae. 24. tingendas. 28. Rectulit hyrsutis. 30. compatienda. 32. formosa. 34. esse *m* arma *ma. pr.* 38. comas. 39. sillam scaeuisse. 40. que *om. pr.* 41. prodita, *iterum, pro* cornua. 45. Palladis. 47. pugnabitur. 48. rosida. 50. caelat. 51. magicae. 59. nuptae. 62. Crede *pr.* 63. buccina. 64. occeanum sydera. 66. Fas. 68. nefariis. 69. uecta *pr.* 70. pluris. 71. termodoonta. 72. Strimonis. 73. palilia. 76. delitiis. 78. immundas: dapes. 79. ocia. 84. uocalis. 86. suis. 93. tarpeio.

v. In lenam. 2. tua *om.* 4. torreat *pr.* ossa *m* ora. 5. hippolitum. uagantem *m* negantem. 6. pexima: anus *m* auis. 7. Penolopen. 8. antigono. 9. magnos. 11. ad *pro* et *pr.* 15. et. 18. Hippomenes. 19. Exorabit. peruret. 21. dorizantum. 23. Euripilique. 24. actalicis. 24. quae *post ras.* quas, *ut puto, fuit.* thebae *post ras.* tempe, *ut puto, fuit.* 26. Muricaque. 34. syderis *m* isidis. 35. apriles[o]. *amicle.* 36. maiis. 37. silet *m* sedet. 38. [r]pauet.

41. dellectent. 42. negare *m* rogare. 43. spetiosa. 52. caelati. saliere. 56. Ipsius. arte. 58. nec quis eras. 59. adornati *m* odorati. paesti. 61. achantis *m* chantus. 62. Per tenues ossa sunt numerata cutes. 68. percula curua *m* peccula *pr*. 72. Quom. culta. 75. saxis: cedito scabris. 76. Mistaque. adiice.

vi. Ad lenam. 2. pedes *m* focos. 3. philippeis. 4. cyrrheneas. 5. blandos *m* blandi. 8. migdoniis. 9. sunt. *Incipit nova elegia:* De bello actiaco et templo apollinis. 13. dicuntur. 22. feminea: acta. 25. geminos acies. 27. Stantem linquens. 28. unda. 33. agamenona. 34. Egissetque. 35. phitona. 36. lyrae. 45. prope. 47. remigat. 49. centaurica. 53. autor. 60. et. 64. iussa *in* iusso mutatum. 66. iugurta. 69. cecinit. 72. Blanditiaeque. 75. positis. 78. Cephean. 78. canet. 79. confexum. 82. trophea. 83. Grande. sapit. 84. eufraten. 86. Iniiciet.

vii. De somnio cinthiae per propertium. 2. rogos *m* lares. 4. M$\overset{a}{u}$rm$\overset{o}{u}$r (a *et* o *superscr. ma. rec.*) 5. amaris. 7, 8. Hosdem. 9. berillon. 11. anim$\overset{o}{a}$s. 13. cuiquam *m* quicquam. sperare. 15. exciderant. tecta *m* furta. 19. comixta: misto. 23. inclamauit *m* indamnauit. 25. fixa. 31. Quor. rog$\overset{i}{o}$s. 33. yacinth$\overset{o}{u}$s. 35. Ligdamus. 37. At *m* aut uerna. 39. publica. 40. ciclade. 42. Garula. 48. Ardent e *pr*. 51. nullum reuocabile. 57. clitemestrae strupum uehit: craesae. 59. parta *m* uecta *ma. rec.* 61. qua quaerar ut unda cybelles. 64. corpora. 65.

Nec (*m* haec) summa aeternis. 71. sic. 72. Sic. doridos. 73. desyderet. 74. potuit *pr.* 75. Delitiaeque. latrix *m* is. 76. ille *pr.* 79. tremulo. 85. Hic Tiburtina iacet. 86. anine *m* amene. 95. uoce. *Primus versus carminis sequentis hic scriptus est.*

viii. De serpente ad quem puellae mittebant an essent uirgines. 1. exquilias. 3. Lanuuium *m* lauinium. 3. obripitur. hyatu. 8. una. 10. tenera anguineo. 11. Illa. 15. deuecta. ab annis. 19. archana. 23. Siriganam rapto *m* tacto. nepoti *pr.* 24. molosa. 25. farta. 26. Multato uoluit. *Incipit nova elegia:* De phillide auentina. 36. concubitus. 37. Ligdamus. cyatos utrique. 38. graeca *m* grata *ma. rec.* 39. tubicen *pr.* corolistria. 41. Magnus. curuatus in arctus. 44. Decidit. 45. secundos. 48. hei. 54. Pollueurantque. 55. scaeuit. 56. Spectandum. 57. coniicit. 58. aquas. 60. nocte. 63. in exuuiis gaudet. 68. fusca. 69. Exuitur. 72. cui. 76. sternit. 77. sumum. 78. sudet operta. 81. leges. 84. suffocat et. lumina *pr.* 85. lucernas. 86. sulphuris. 88. Respondi.

ix. Fabula cacchi. 1. Amphitrioniades. 2. erithe[a]e. 3. in adiunctos *vel* aduinctos. 5. quoque, *ut puto, in* quaque *mutatum.* 7. cacho: *ita passim.* 10. sonos. 19. bouaria *pr.* 21. et *bis.* torquet. 24. ab. 27. lumina *pr.* uictae. 30. cantantis. 31. congesto. 34. uana uiis. 40. adnatas. 42. haec. 43. Quod. 47. sidonia. 48. coma colo. 49. hyrsutum. me[i]. 52. *uicta.* 57. Magnam. thyresias. 60. fuit. 61. hu-

meris. 64. uira *m* uina. 65. nec *m* nunc. 73. Nunc.

x. De ioue feretro. 2. trina *m* terna. 6. exuuiis *m* eximio. 8. in euersum *m* uictor nec. 10. hector. 11. quirinis. 13. librantem *m* ui. 14. rates *pr.* 18. aprico. 20. hyrsuta. 23. uehientis. 24. uehios. laboris *bis.* 25. bellis *pr.* 26. parua. chorae. 27. Et uehii. 29. buccina. 30. fossibus *corr. pr.* 31. uehius. 33. aeno. 35. forti. 36. gradu. 37. discerpta: a r^{h}eno. 40. Belligera uasti. relicta. 41. Virtomani. 42. ereptis. gessa *m* gesa. 43. iurgatis iaculantis ab agmine braccis, *m* in (*inguine?*) braesis. 44. incussa. 45. spolia *pro* condita. pheretri *pr.* 47. haec.

xi. Ad paulum de morte. 1. paule (*ita passim*). 8. herbosos *m* umbrosos *ma. sec.* 9. nostrum *m* mestum. 14. Et. legatur. 18. huic. 20. indicet. 21. fratres. 22. in tenero. 23. Sisiphe mole uaces *m* molle iaces. ysionis. 24. corripiare. 26. lassa. 27. fallet. 29. decora trophea *m* per amena trophea decori. 30. Atra *m* aera. regna. 31. maternos exaequat. libones b *post ras. ma. sec.* 34. uicta. 36. hoc. 37. colendos. 38. affrica tanta. 39. stimulantem. achyllis. 40. tuas *in* tuus *mutatum.* proauus. achylle. 41. molisse. 43. erat. 44. et erat. 48. possim. 50. a sensu. 51. cibellem. 53. commissos—reposcerit. 54. Exibuit. 55. strabonia *m* scre. 58. me$\overset{a}{o}$. 63. Te *bis.* 67. nata *pr. corr.* nacta. 69. serie *m* seriem fulcire. *pr.* genus *m* domus. 70. unturis *post ras.* malis. 77. adijce m^{r}. 81. sunt. 84. tace. 89. collata. 96. iuuat. 97. Si

(*in ras.*) bene habet bene numquam mater lubrica sumptum. 99. me. 100. grande. 102. $\overset{a}{\text{e}}$quis.

FINIS PROPERTII.

Sexti aurelii propertii nautae monobilos ad Cinthiam foeliciter explicit per me Pacificum Maximum de Asculo in sapientia veteri Perusiae anno 1467 6 die februarii. Deo gratias et mariae. K. nō gaudeo K.

March 1892.

A CLASSIFIED LIST

OF

EDUCATIONAL WORKS

PUBLISHED BY

GEORGE BELL & SONS.

Cambridge Calendar. Published Annually (*August*). 6*s.* 6*d.*
Student's Guide to the University of Cambridge.
The School Calendar. Published Annually (*December*). 1*s.*

BIBLIOTHECA CLASSICA.

A Series of Greek and Latin Authors, with English Notes, edited by eminent Scholars. 8vo.

**.* The Works with an asterisk (*) prefixed can only be had in the Sets of 26 Vols.*

Aeschylus. By F. A. Paley, M.A., LL.D. 8*s.*
Cicero's Orations. By G. Long, M.A. 4 vols. 32*s.*
Demosthenes. By R. Whiston, M.A. 2 vols. 10*s.*
Euripides. By F. A. Paley, M.A., LL.D. 3 vols. 24*s.* (*Vol. I.)
Homer. By F. A. Paley, M.A., LL.D. The Iliad, 2 vols. 14*s.*
Herodotus. By Rev. J. W. Blakesley, B.D. 2 vols. 12*s.*
Hesiod. By F. A. Paley, M.A., LL.D. 5*s.*
Horace. By Rev. A. J. Macleane, M.A. 8*s.*
Juvenal and Persius. By Rev. A. J. Macleane, M.A. 6*s.*
Plato. By W. H. Thompson, D.D. 2 vols. 5*s.* each.
——— Vol. I. Phaedrus.
——— *Vol. II. Gorgias.
Sophocles. Vol. I. By Rev. F. H. Blaydes, M.A. 8*s.*
——— Vol. II. F. A. Paley, M.A., LL.D. 6*s.*
***Tacitus:** The Annals. By the Rev. P. Frost. 8*s.*
***Terence.** By E. St. J. Parry, M.A. 8*s.*
Virgil. By J. Conington, M.A. Revised by Professor H. Nettleship. *3 vols. 10s. 6d. each.*

An Atlas of Classical Geography; 24 Maps with coloured Outlines. Imp. 8vo. 6*s.*

GRAMMAR-SCHOOL CLASSICS.

A Series of Greek and Latin Authors, with English Note
Fcap. 8vo.

Cæsar: De Bello Gallico. By George Long, M.A. 4*s*.

——— Books I.-III. For Junior Classes. By G. Long, M.A. 1*s*

——— Books IV. and V. 1*s*. 6*d*. Books VI. and VII., 1*s*. 6*d*

——— Books I., II., and III., with Vocabulary, 1*s*. 6*d*. each.

Catullus, Tibullus, and Propertius. Selected Poems. With
By Rev. A. H. Wratislaw. 2*s*. 6*d*.

Cicero: De Senectute, De Amicitia, and Select Epistles.
George Long, M.A. 3*s*.

Cornelius Nepos. By Rev. J. F. Macmichael. 2*s*.

Homer: Iliad. Books I.-XII. By F. A. Paley, M.A., L
4*s*. 6*d*. Also in 2 parts, 2*s*. 6*d*. each.

Horace: With Life. By A. J. Macleane, M.A. 3*s*. 6*d*.
2 parts, 2*s*. each. Odes, Book I., with Vocabulary, 1*s*. 6*d*.

Juvenal: Sixteen Satires. By H. Prior, M.A. 3*s*. 6*d*.

Martial: Select Epigrams. With Life. By F. A. Paley, M.A., L
4*s*. 6*d*.

Ovid: the Fasti. By F. A. Paley, M.A., LL.D. 3*s*. 6*d*. Boo
and II., 1*s*. 6*d*. Books III. and IV., 1*s*. 6*d*.

Sallust: Catilina and Jugurtha. With Life. By G. Long,
and J. G. Frazer. 3*s*. 6*d*., or separately, 2*s*. each.

Tacitus: Germania and Agricola. By Rev. P. Frost. 2*s*. 6*d*.

Virgil: Bucolics, Georgics, and Æneid, Books I.-IV. Abr
from Professor Conington's Edition. 4*s*. 6*d*.—Æneid, Books V.-XII.,
Also in 9 separate Volumes, as follows, 1*s*. 6*d*. each:—Bucolics—Geo
I. and II.—Georgics, III. and IV.—Æneid, I. and II.—Æneid, II
IV.—Æneid, V. and VI.—Æneid, VII. and VIII.—Æneid, IX. and
Æneid, XI. and XII. Æneid, Book I., with Vocabulary, 1*s*. 6*d*.

Xenophon: The Anabasis. With Life. By Rev. J. F. Macmic
3*s*. 6*d*. Also in 4 separate volumes, 1*s*. 6*d*. each:—Book I. (with
Introduction, Itinerary, and Three Maps)—Books II. and III.—IV. a
—VI. and VII.

——— The Cyropædia. By G. M. Gorham, M.A. 3*s*. 6*d*. B
I. and II., 1*s*. 6*d*.—Books V. and VI., 1*s*. 6*d*.

——— Memorabilia. By Percival Frost, M.A. 3*s*.

A Grammar-School Atlas of Classical Geography, conta
Ten selected Maps. Imperial 8vo. 3*s*.

Uniform with the Series.

***The New Testament,* in Greek.** With English Notes, &c
Rev. J. F. Macmichael. 4*s*. 6*d*. The Four Gospels and the Acts, se
Sewed, 6d. each.

CAMBRIDGE GREEK AND LATIN TEXTS.

Aeschylus. By F. A. Paley, M.A., LL.D. 2*s.*
Caesar: De Bello Gallico. By G. Long, M.A. 1*s.* 6*d.*
Cicero: De Senectute et De Amicitia, et Epistolæ Selectæ. By G. Long, M.A. 1s. 6d.
Ciceronis Orationes. In Verrem. By G. Long, M.A. 2*s.* 6*d.*
Euripides. By F. A. Paley, M.A., LL.D. 3 vols. 2*s.* each.
Herodotus. By J. G. Blakesley, B.D. 2 vols. 5*s.*
Homeri Ilias. I.-XII. By F. A. Paley, M.A., LL.D. 1*s.* 6*d.*
Horatius. By A. J. Macleane, M.A. 1*s.* 6*d.*
Juvenal et Persius. By A. J. Macleane, M.A. 1*s.* 6*d.*
Lucretius. By H. A. J. Munro, M.A. 2*s.*
Sallusti Crispi Catilina et Jugurtha. By G. Long, M.A. 1*s.* 6*d.*
Sophocles. By F. A. Paley, M.A., LL.D. 2*s.* 6*d.*
Terentii Comœdiæ. By W. Wagner, Ph.D. 2*s.*
Thucydides. By J. G. Donaldson, D.D. 2 vols. 4*s.*
Virgilius. By J. Conington, M.A. 2*s.*
